



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Tractatus III. D paupertate Religiosa super Bullam Clem. BIII. de Largitione  
munerum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

citato de rescript. probat Euerardus conf. 107. num. 8. & patet ex euentu, & ab effectu; nam Religio ad iudicium citata à Domino N. pro declaratione inualiditatis suæ professionis, nec comparuit vnquam, nec restitit, aut instat pro inualiditate. Ergo, &c.

40. Notandum est hic obiter, quod hæc scripta, peruenerunt ad manus doctissimi & eruditissimi viri D. Nicolai Fernandez de Castro, qui postea in suo Monacho milite, tract. 4. cap. 10. num. 58. nega-

tiam sententiam docuit, probans Cingulum milita- re non esse de substantia professionis Equitum Hierosolymitanorum. Sed ad eius rationes, & ad alias quas adducit nouissime Pater Lezana Conf. 5. per totum: facile patet responso ex dictis, & ex his etiam, quæ adducit Pater Bordonus in suis Consiliis Regul. tom. 2. resolut. 100. quest. 21. num. 38. & seq. & me citato Pater Pellizarius in Manual. Regul. tom. 2. in Ref. 108. tract. 9. cap. 9. sect. 4. n. 127.

tr. 2. Ref. 153. §. 2. inter medium & finem, verum, sed vsus est & ibi in tr. 7. Ref. 96. §. 1. his, ante medium, à Ref. Et ita, & in Ref. 108. à lin. 12. à verum, quæ, & in Ref. 10. §. 2. paulo post in initio, à verum, Vnde,



TRACTATUS TERTIVS.

DE

PAUPER TATE RELIGIOSA

super Bullam Clement. VIII. de Largitione Muncrum.

RESOLVTIO PRIMA.

An ista Bulla sit vsu recepta, & adhuc obliget ad sui obseruationem? Ex part. 1. tractat. 6. Resol. I.

**D**VBIVS, & anceps circa propositam questionem, videtur remanere Vincentius Filliucius in 9. mor. tom. 2. tract. 34. cap. 3. q. 12. n. 81. sed absolute docuit Stephanus Gratianus in suis discept. forens. tom. 1. cap. 202. nimer. 17. dictam Constitutionem non fuisse vsu receptam à Superioribus Regularibus. Et hanc sententiam nouissime etiam docuit noster P. Megala in part. 2. lib. 2. cap. 27. quest. 3. num. 65. sed ex communi doctrina, vt notat Becanus in summa Theol. part. 2. tom. 1. tract. 36. q. 8. n. 3. Azorius p. 1. lib. 5. c. 4. q. 1. Lessius lib. 1. c. 22. dub. 13. num. 98. & alij, leges Pontificiæ non obligant, nisi acceptentur à subditis. Ergo dicta Bulla Clement. VIII. non obligabit: quia non fuit à subditis recepta. Et hoc ait Megala, non solum per decennium, sed spatio ferè viginti annorum, vt omnes sciunt.

2. Idem videtur docere Ioan. Valerius verb. muner. num. 106. vbi sic asserit: [Nota, hanc Constitutionem non solum debere legi quotannis, in Capitulis Monasteriorum; sed etiam esse exarandam, atque scribendam in libris quoruncumque statutorum ipsarum Religionum: quod non video obseruari, sicut nec omnes formas præscriptas, nec pœnarum infliciones.] Sic ille. Hoc docet etiam Homobonus de cas. reser. part. 3. cap. 3. & Victor. ell. in notis ad Man. Nauarr. cap. 18. num. 105. & post hæc scripta inueni, eundem Homobonum de Bonis in suo examine Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 30. quest. 123. iterum adnotare, multos viros doctos in illa sententia esse, quod supradicta Bulla non fuerit vsu recepta quoad pœnas, quæ in illa continentur: & ego hanc sententiam probabiliorem esse existimo; quod nouissime iterum docuit Megala con. 33. num. 17. Vide etiam Tannerum in 2. 2. disput. 6. q. 3.

dub. 4. n. 107. & Scortiam in Constit. Pontific. epis. 159. theor. 399. in fin. & Peirin. de Relig. tom. 1. cap. 2. q. 2. §. 6.

3. Vnde ex his ego non condemnarem illum Religiosum, qui legitime præscriptum sequeretur vsu suæ Prouinciæ, & Religionis, circa munera largienda, non obstante dicta Bulla, saluo semper &c. Verùm hic Panormi quoad Moniales esse dictam Bullam vsu receptam, testatus est mihi Reuerendiss. Vicarius de la Riba, Vir omnis literaturæ consultissimus.

4. Sed quidquid sit de vsu, & obseruantia eius, multæ difficultates circa intelligentiam supradictæ Bullæ elucidandæ sunt, ad pacandas conscientias, & serupulosos à Confessariis abigendos. Quæro igitur seoundò.

RESOL. II.

Quotnam sint fines, seu cause finales huius constitutionis Clement. VIII? Ex part. 1. tract. 6. Ref. 12.

§. 1. Quatuor esse respondet Bartholomæus à S. Fausto in thesaur. Relig. lib. 8. question. 208. Homob. de examin. Eccles. part. 1. tractat. 9. capit. 5. question. 10. Filliuc. tom. 2. tractat. 34. capit. 3. question. 6. Paulinus Berti in explic. huius Bullæ. part. 1. principali, fol. mihi 414. col. 1. & ante illos Hieronym. à Sorbo in Compen. priuil. Prima, vt religiosa disciplina labefactata in pristinum statum restitatur & quæ incolumis petmanet, conseruetur. Secunda, vt votum paupertatis integrum seruetur. Tertia, ne bona Monasteriorum vel quoruncumque Regularium dilapidentur. Quarta, ne praua ambitione compulsi Religiosi pro consequendis Officiis alter alterius gratiam, vel protectoris, seu aliorum benevolentiam aucupentur.

2. Sed hanc sententiam, quoad partem, merito, impugnat Ioan. Valerius in diff. vniuersusque fori verb. muner. n. 20. 23. & 81. Granado in part. 2. disp. 15. sect. 3. n. 18. cum Patre Soula in expos. huius Bullæ, fundam

fundam. §. n. 34. vbi sic asserit: *El obuiar los grandes daños, que se siguen de la dissipacion del patrimonio de Christo, y el soborno para alcanzar Officios, y Dignidades, son razones fundamentales desta ley. De lo qual se sigue, que no hablo propriamente Eray Hieronymo a sorbo en señalar por primera razon fundamentab, la observancia regular porque esta no es causa proxima, sino comun, de todo quanto se manda a los Religiosos: y mucho menos, exponer por segunda razon, la guarda del voto de la pobreza indeterminadamente, sino entienda del abuso notable cerca deste voto, o del quebrantamiento del en cosa graue: porque la Constitucion no usa deste termino, voto de pobreza, ni se hallara en toda ella; y no quebrantandole de vna de las maneras dichas, no se siguen grandes daños, y incommodo, como la ley declara; y de señalar por causa fundamental, la guarda del voto de la pobreza indeterminadamente, como este Author haze, podrian nacer muchos escrúpulos, y inconuenientes.* Ita ille.

3. Non rectè igitur DD. citati adduxerunt quatuor causas finales huius Constitutionis; duas enim esse dicendum est; nempe, ne bona Monasterij dilapidentur, & ne detur ambitionis occasio: quod summopere notandum est: nam ex isto principio multæ dubitationes benignè resoluentur sunt. Vnde non bene aliqui hanc posteriorem sententiam olim nolebant admittere: est enim probabilissima, & illam præter DD. citatos tenent etiam multi Viri doctissimi de hac re à me consulti, tam ex Societate IESU, & ex Dominicanorum Familia, quam ex nostra Religione.

## RESOL. III.

*An in ista Bulla Summus Pontifex condiderit nouum ius circa largitiones munerum Religiosorum? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 2.*

Sup. hoc in  
fra in Ref.  
12. recitati  
ue in §. vi.

§. 1. **E**X resolutione huius quæstionis pendet decisio multorum casuum: ided assero, præter nouam formam circa causæ approbationem, Summum Pontificem non concedere nouum ius in hac Bulla. Ita Sousa in *explicat. huius Bullæ fundam.* 1. n. 8. & §. 3. n. 72. Ortiz in *summ. c. 5. n. 10.* Ioan. Valerius in *his differ. viris que fori, verb. munerum, n. 1.* vbi sic ait: [Hæc Constitutio non est edita ad nouam disciplinam, nouamque Religioni obligationem imponendam, vel ad nouum ius introducendum.] Et n. 21. [Apparet, hanc Constitutionem non esse iuris noui introductiuam, sed reformatiuam; & iuris communis restitutiuam, & eidem conformem. Quare, quidquid ante hanc Constitutionem licebat, & dari iustè poterat, & nunc licet, & dari potest: quidquid nunc non licet, nec ante licebat.] Idem etiam asserit n. 37. & n. 98. Idem docet Ioan. de la Cruz de *statu Relig. lib. 1. c. 3. dub. 1. concl. 3.* vbi sic asserit: [Clemens VIII. in sua Bulla multa vetat Religiosis circa largitionem munerum, quæ tamen omnia, exceptis pœnis ibi impostis, continentur in iure communi antiquo.] Sic ille. Ita etiam docet Patulinus Berti in *explicat. huius Bullæ, part. 2. cas. 3. in fine fol. 418. col. 1.*

Sup. hoc le.  
8. Ref. 10.

2. Solùm igitur, vt dixi, Pontifex in hac Constitutione inducit nouam formam circa causæ approbationem. Itaque cognitio, & determinatio, quæ sit iusta causa ad munus aliquod largiendum per Religiosum Superiorem, vel inferiorem, siue per aliquem conuentum, solum spectat, & reseruat hodie per hanc Bullam generali Capitulo. Vnde colligitur, Generalem, licet habuerit à Capitulo generali

omnem potestatem Capituli generalis intra annum, seu annos, non posse se intrinittere in cognitionem, & determinationem, quæ sit iusta causa ad munus aliquod largiendum, in casu aliquo occurrenti.

3. Ex his patet, quanti scrupuli orirentur, & quantæ conscientie inuenirentur illequeatæ, si hæc Constitutio esset vsu recepta in Religiosis: nam vigore istius Bullæ nullus Superior, nec vilius Conuentus potest ex causa, quantumcumque iusta, dare licentiam alicui Religioso ad dandum munus aliquod, nisi causa ipsa cognoscatur in capitulo generali, & vnanimi omnium consensu ibidem approbetur: quæ quidem omnia credo ferè in omnibus Religionibus non obseruari, etiam in Obseruantibus. Dicendum est igitur, vt supra notauimus, hanc Constitutionem non esse vt plurimum apud Religiosos vsu receptam, & approbatam, saluo semper, &c. sic &c. Sed ex ista quæstione oritur alia. Quæ igitur.

## RESOL. IV.

*An cognitio quantitatis muneris largiendi spectet etiam ad Capitulum Generale, vel ad eorum Conuentus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqui quantitatem doni largiendi? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 3.*

§. 1. **R**espondeo negatiuè: nam ad ipsum (vt supra diximus) spectat tantum cognitio, & determinatio iustæ causæ dandi munus. Quæ, cum à iure communi non sit recedendum, nisi quatenus nouum cogit, dicendum est, sub censura Sedis Apostolicæ cognitionem, & determinationem ad eorum Conuentus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqui quantitatem doni largiendi, cum in contextu Bullæ non determinetur, quod sit munus notabile, & quod leue, siue munusculum: & sic Capitulo generale Dominicanorum, anno 1596. declarauit iustas causas largiendi munera; non autem quantitatem eorum. Hæc omnia inuenies apud Valerium vbi supra, n. 49. & 50. Et quia codex rarus est, Author doctissimus, aliqua ex ipso libenter adducam. Si circa cupis causas approbatas à dicto Capitulo Diminicanorum, hæc sunt: Prima est gratitudo: Secunda, conciliatio beneuolentiæ, aut eiusdem conferuatio; in ordine tamen ad Religionem, vel Conuentum, vel in ordine ad bonum finem respectu sui ipsius, Tertia, pietas in parentes, & conlanguineos vsque ad quartum gradum inclusiue. Quæ, redemptio vexationis. Sed declaranda sunt aliqua circa quantitatem ipsam munerum. Quæ igitur.

## RESOL. V.

*Quanti valoris debeant esse munerum, vt licite fiant, & non sint contra hanc constitutionem: Ex part. 1. tr. 6. Ref. 4.*

§. 1. **P**relatos regulares posse sibi, & suis concedere licentiam donandi vsque ad decem aureos pro causa pia, & rationali, v. g. pro pauperibus, pro nuptiis cognatorum, pro gratificatione beneficiorum, &c. testantur Fagundez de *Præcep. vtriusq. lib. 8. c. 6. n. 12.* Corduba in *summ. q. 54.* Lopez p. 1. *structor. c. 152.* Ioan. de la Cruz de *statu Relig. lib. 3. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 162.*  
2. Sed, cum hoc à iure non sit determinatum, neque in hac Constitutione Summus Pontifex aliquid decernat, arbitrio Superiorum hoc esse relinquendum patet.

puro qui pensatis conditionibus Religiosi volentis donare, & eius cui fit munusculum, & pensata causa ob quam fit, & etiam utilitate, quæ ex dicto munusculo obuenire potest Religioso, vel Monasterio, & considerata etiam facultate ipsius Monasterij, poterit minorem, aut maiorem facultatem dare in quantitate, & qualitate munusculi. Ita Hieronymus Cenedo de paupertate religiosa, dub. 26. numer. 6. concl. 2. Sanchez in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 19. n. 42. Azorius part. 1. lib. 12. c. 12. q. 4. & Suarez de Relig. tom. 3. lib. 8. cap. 15. numer. 13. cum Valero ubi supra num. 65.

RESOL. VI.

An si Religiosus sine licentia sui Prælati præbeat munusculum duorum aureorum, incidat in penas huius constitutionis? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 5.

§. 1. **R**espondeo; peccatum quidem furti admittitur non autem incurere in penas huius Constitutionis. Et ita viæ vocis oraculo declarauit Clemens ipse VIII. Claudio Aquinauiæ, Generali Relig. Societ. IESV: & ego habui à Patribus dictæ Societatis transumptum epistolæ supradicti Generalis, transmissæ ad P. Petrum Gambacutum Panormitanum, sub die 2. martij, 1595. in qua declaratio supradicta Pontificis ponebatur. Et hoc etiam testantur multi DD. qui scripta sua typis mandarunt postea: hi sunt. Molfæus in summ. tom. 1. tract. 7. c. 10. n. 86. Filiucius tom. 2. tr. 3. c. 3. q. 9. num. 65. & nouissimè Homobonus de Bonis in exam. Eccl. part. 1. tract. 7. c. 30. q. 123. cum aliquibus, quos citato nomine citat Scottia in Bull. Pont. epitome 158. theor. 396. Et ratio declarationis Pontificis forsitan fuit: quia communiter summa duorum aureorum in iure dicitur summa modica, vt patet ex l. si oleum. 15. fin. in d. l. seq. ubi Gloss. ff. de dolo. cum Felino in cap. in ter fecisti, de homicid.

RESOL. VII.

An Religiosus, qui celebrat aliquas Missas ad intentionem alicuius amici, sciens dictum amicum stipendium pro illis accipere, peccet contra paupertatem, & includatur in Bulla Clem. VIII?  
Et an stante dicta Bulla possit Religiosus de sola licentia Superioris donare ea, quæ acquisiuit ex elemosynis Missarum, quas sibi intra annum Conuentus, seu Religio concedit Ex part. 1. tr. 6. Ref. 9.

§. 1. **R**espondi negatiuè, ex autoritate P. Francisci de Soula in explic. huius Bullæ, §. 3. n. 74. in fin. ubi sic asserit: [No seria contra esta ley, dezir tantas Missas, por la intencion de vno, aunque entienda, se ha el de aprouechar de la pitança, porque en este caso, nada se da, que no sea meramente elpiritual, lo qual entiendo si no esta obligado à celebrar por su Conuento.] Sic ille:

2. Notandum est tamen, stante Bulla non posse Religiosum, de sola licentia sui Superioris, donare ea, quæ acquisiuit ex elemosynis Missarum, quas sibi intra annum Conuentus, siue Religio concedit: nam est dispar ratio inter hos duos casus: & ita docet Ioan. Valerius in differ. vtriusque fori, verb. muneris, n. 75. licet ipse sententiam negatiuam huius secundæ casus vocet tantum probabiliorem. Ergo posset aliquis dicere affirmatiuè ex mente eiusdem Valerij esse probabilem. Sed de hoc ego dubito: tu cogita.

RESOL. VIII.

An Religiosus, qui non acceptat aliquod donum, sed rogat, vt detur amico, seu consanguineo, peccet contra paupertatem, & contra hanc Bullam?  
Et an si Religiosus se habeat vt intercessor apud Ioannem, v. g. vt ipse Ioannes nomine suo det Petro aliquam rem, peccet contra votum paupertatis, & contra nostram Constitutionem? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 8.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Hieronymus à Sorbo in compend. priuileg. in exposit. huius Bullæ, fol. mibi 194. ubi sic asserit: (Prohibetur Religiosis donare quouis modo, siue directè, siue indirectè. Vnde, si quis, vel si qua diceret suis consanguineis, vt quod vellent sibi donare, donarent tali suo nomine, non posse fieri, cum sic esset donare indirectè.) Ita ille. Probatur hæc opinio: nam, si hoc non est dare indirectè, quid, quæto, per indirectam donationem debet intelligi? Deinde in l. 2. ff. de calum. ita habetur: (Non refert, an ipse pecuniam acceperit, an iusserit dari.)

2. Sed mihi, saluo temper meliore iudicio, contraria opinio probabilior videtur. Dico igitur, si Religiosus solum se habeat, vt intercessor apud Ioannem, v. g. vt ipse Ioannes nomine suo det Petro aliquam rem; non peccabit contra votum paupertatis, & contra nostram Constitutionem. Ita Penin. de Relig. tom. 1. c. 2. q. 2. §. 4. Fagundez de Præcep. tract. 2. lib. 8. c. 6. n. 18. Villalobos in summ. tom. 2. tr. 35. dub. 32. num. 6. Scottia in Bull. Pont. epit. 158. theor. 397. Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 5. c. 7. num. 16. Filiucius in quest. mor. tom. 2. tract. 34. c. 3. q. 8. n. 6. Bonacina de contr. disp. 3. q. 12. punct. 1. num. 6. Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 212. Sanchez in summ. 2. lib. 7. c. 19. n. 74. Galetti in margar. cas. conf. ver. Relig. num. 9. Naldus in summ. ver. Relig. num. 11. Suarez tom. 3. de Relig. lib. 8. c. 15. num. 45. Rodriguez in exer. spir. p. 3. tr. 3. c. 15. Turrian. in 2. 2. tom. 1. disp. 85. dub. 3. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 6. num. 7. Cenedo de pauper. relig. dub. 29. n. 4. Gratian. in suis discept. forens. tom. 2. c. 202. n. 17. & ante omnes Soula in exp. huius Bullæ, §. 3. n. 73.

3. Et ratio est clara, & manifesta: quia Religiosus tunc peccat contra paupertatem, quando disponit de aliqua re sua, vel Religionis, sine consensu, & facultate Superioris: sed in prædictis casibus hoc non accidit, vt constat ex proposita specie facti; nam solum petit Religiosus à se ulari, vt rem aliquam donet alteri, de qua re ipse Religiosus non acceptat, neque tacitè, neque expressè, vllum dominium, & potest ipse sæcularis semper, si velit, non dare: ergo, &c.

4. Deinde, Religiosus, seu Monialis, non potest donare: tamen ex hoc non sequitur, quod non possit petere ab alio potente donare, vt donet: potest enim prohiberi primum, & non secundum. Ergo, licet Religiosus non possit donare; tamen poterit ab aliquo sæculari potente donare, petere vt aliquid alicui donet. Sic Turrianus. Nec valet dicere, quod in nostro casu Religiosus dicitur donare indirectè: nam vt bene obseruant Sanchez, & Cenedo, ubi supra, tunc dicitur donatio indirecta, quando adest tacita acceptatio, quia & in donatione indirecta præsupponitur dominium; & quando etiam adest iussus, vt donans tradat alteri: quod neutrum est in nostro casu; quia Religiosus, neque tacitè acceptat dominium alicuius rei, & non iub. t. sed rogat, & se habet, vt diximus, tanquam intercessor: ergo, &c. Vel secundò dicendū cum

eum Ioan. de la Cruz de *statu Relig. lib. 1. capit. 3. dub. 5.* quod donatio indirecta in hoc decreto Clementis VIII. vetita dicitur, v.g. si Religiosus mutuet animo non repetendi mutuum. Vel dicendum tertio cum Sanchez, & Cenedo, *loc. cit.* illa verba, *directe, vel indirecte*, apponi, vt Religiosi intelligant: vt, cum Hispanè dicitur: [Ni os palle por el pensamiento el hazer esso.] Ex his patet responso ad primum argumentum.

5. Ad secundum respondetur cum Cenedo: [Que en aquella ley se induce vna tacita acceptacion, porque el mandar, que lo de à l'otro, importa, y suppone, que ya fue adquirida la cosa para aquel que mando darla.] Iustio enim, vt alteri detur, importat rem prius iubenti esse acquisitam & verbum, *iubere*, importat necessitatem, vt notat Alb. ricus in suo *Diction. verb. iubere*, & constat ex l. 1. ff. *quod iussu*. Sed in nostro casu non iubetur, sed rogatur, ita vt, quemadmodum *suprà* diximus, possit secularis rogatus rem illam non dare; ergo, &c.

6. Ex his apparet me olim rectè respondisse, Monialem, quæ rogauerat matrem, vt daret alteri certam pecuniarum summam, non nomine ipsius Monialis, sed nomine suo; non fregisse votum paupertatis, neque prohibitionem Clementis VIII. de largitione indirecta munerum. Et ita tunc senserunt multi Viri docti ex nostra Religione, & Societate IESV à me de hac re consulti.

## RESOL. IX.

*An Monialis, seu Religiosus cum licentia sui Superioris possit facere amico, seu cognato Corporalia magis valbris, seu picturam, & non incidere in penas huius Constitutionis?*

*Et an doctrina huius questionis non sit applicanda, quando Religiosus facit primo picturam v. g. sumptibus Monasterij? Ex part. 1. tractat. 6. Resol. 6.*

Sup. hoc in §. 1. Ref. seq. & infra in Ref. 61. §. 3. cur. sim. ad lin. 6.

**N**Egatiuè forsitan aliquis respondebit: quia, quidquid acquirit Monachus ex sua arte, vel industria, acquirit Monasterio ergo, &c. Secundò, qui nequit dare, nec gratis potest remittere, sed Religiosus, & Monialis non possunt dare: ergo neque remittere.

2. Sed ego cum Bonacina in *tract. var. diff. 3. punct. 1. n. 5.* Scortia in *Bull. Pont. epit. 158. theor. 396.* Ioanne Valero *vbisup. n. 66. & seq.* affirmatiuam sententiam sustinendam esse puto. Dico igitur, quando ad faciendas illas res amicus, seu consanguineus submittit omnia necessaria, & eius sumptus de licentia Prælati efficiuntur; vel cum, antequàm fiant, Prælati dat licentiam, vt fiant pro tali amico; tunc licet necessaria accipiantur à Monasterio, posito quòd sint parui valoris; puto, in vtroque casu Religiosum, seu Monialem posse gratis efficere illam picturam, seu corporale, vel aliam rem. Et ratio est: quia tunc non agitur de alienanda, seu donanda re, quæ sit Monasterij; sed tantum agitur de non acquirendo, quo in casu Prælati potest præiudicare Monasterio, vt communis fert Doctorum sententia, & probat Sanchez de *matrim. tom. 1. lib. 6. disp. 4. n. 13.*

3. Secundò probatur: quia Clemens VIII. in ista Bulla prohibet tantum largitionem munerum de pecuniis, vel alijs rebus iam Monasterio acquisitis, & decernit esse faciendam restitutionem de muneribus contra hanc Constitutionem factis: sed cum restitutio supponat ablationem, & in casu,

de quo agimus, nulla fiat ablatio pretij illius rei, quæ gratis efficitur, cum nunquam datum fuerit, nec debeat: ergo de hoc genere liberalitatis, & muneris non intellexit Pontifex in ista Bulla, aliquid prohibere.

4. Ad primum argumentum respondetur, verum esse, quidquid acquirit Monachus, Monasterio acquirere: sed nego, opera faciendâ ab ipsis Religiosis non posse confici gratis, de licentia tamen sui Superioris, impensis alienis. Et ratio est: quia erga talia opera nullum ius acquiritur Monasterium habet, antequàm efficiantur; nec habet ius ad rem, quia non adhuc sunt in rerum natura; & idè in talibus potest (vt diximus) Superior ipsi Monasterio præiudicare.

5. Sic etiam responderi potest ad secundum argumentum dicendo, tunc qui nequit donare, non posse gratis remittere, quod debetur, quando aliquid est debitum: sed in nostro casu est diuersa ratio: nam nos loquimur de remissione illius, quod adhuc non debetur, & sic est casus alienus. Notandum est tamen, doctrinam huius resolutionis non esse applicandam, quando Religiosus facit primo picturam, v. g. sumptibus Monasterij; nam in hoc casu verum est, non posse Monachum rem illam nulli valoris, etiam de licentia Superioris, donare, quia tunc res illa est ipsius Monasterij, quod iam habet ius acquiritum erga ipsam, & idè sic faciendò, & donandò, contrarietret huic Bullæ.

## RESOL. X.

*An Regularis faciens picturam, vel aliquid aliud pro amico frangat votum paupertatis?*  
*Et alia notabilia circa hoc adducuntur in textu huius Resolutionis. Ex part. 7. tract. 11. & Milic. 2. Ref. 17.*

§. 1. **H**anc questionem nouissimè petrauit Cardinalis de Lugo de *iuss. & iur. tom. 1. disp. 3. sect. 8. n. 149.* & me citato, qui negatiuam sententiam docuit in *tom. 1. tract. de Pauper. Relig. resol. 6.* asserit admittendam esse si ante opus factum ex primaria intentione fiat ad petitionem illius, non verò si fiat ab ipso Religioso cum intentione dandi illam picturam tali personæ. Ratio autem, in qua id fundari debet, hæc est: quia sicut *suprà* diximus, posse Religiosum absque licentia acceptare obsequium sibi ab alio præstitum; ita potest implere Religiosus absque præiudicio paupertatis alteri inferuire, & suâ operâ ei gratis exhibere. Sic potest centibus altero dictante scribere pro ipso codicem, vel librum magnum, qui liber magni pretij esset: tunc autem liber ipse, nunquam est in dominio scribentis, sed Religiosus accommodat, & exhibet suam operam alteri, qui in ea scriptione inferuit, & eius nomine scribit, atque ideo nihil sibi acquirit, sed totum acquiritur domino, qui Religiosi opera vtitur ad faciendum sibi illud opus. Similiter ego poterit Religiosi opera vtî ad faciendam imaginem, vel statuum, quæ non acquiruntur artificio, sed illi, cui Religiosus quasi eius seruus, vel operarius gratuitus laborat. Hæc Emin. Cardinalis de Lugo.

2. Sed acutissimus Caramuel in *Reg. D. Benedicti, disp. 59. resol. 8. num. 859.* si suis difficultatem exponit, & me etiam citato affirmatiuam sententiam tenet sine illâ limitatione apposita à Cardinali Lugo, sed ait: non procedere quoad Religiosos laicos, nam ipse differentiam ponit inter Aurificem Monachum, & Conuersum Aurificem, quòd Conuersus quæ Aurifex est Conuersus: alius verbò non

non est Monachus quā Aurifex, sed quā Chorista. Ratio est; quia Religiosus est genus morale ad Monachum, & Conuersum: Differentiā contrahentes sunt Chorus, & Ars. Monachus est Religiosus Chorista. Conuersus est Religiosus Artifex. Vnde arte facta nascuntur à Conuerso per se, à Monacho per accidens. Tam essentialē est Conuerso artificere: quā Medico maderi, Artificere comparatur Monacho, ut maderi Aurifici, aut aurificere ipsi Medico. Ideo Conuersus tenetur artificere pro Communitate, non cantare: Monachus è contrario tenetur cantare, & contemplari in Choro, non autem aurificere. Ideo putat artefacta quæ sunt à Monachis quā talia non pertinere ad Communitatem; concedit tamen Caramuël laicis & conuersis posse duas horas abque licentia expressa Abbatis pingere, delineare, cælare, &c. pro amico: sed ego ut verum fatear non inuenio apud DD. quoad præsentem casum differentiam inter Regulares, Laicos, & Choro addictos, vnde quidquid circa præsentem quæstionem in ordine ad votum paupertatis, erit licitum Professis, erit etiam licitum laicis; quia actiones de quibus loquimur non sunt Monachi quā Monachi, suppono tempus esse vacans, neque sumi aliquid à Communitate sine licentia tacita, vel expressa superioris. Ergo, &c.

3. Sed quærit Caramuël, & asserit, Petrus Monachus egregius pictor pinxit imaginem vendibilem mille florensis, illam dedit sæculari contra voluntatem Abbatis contrarium in virtute obedientiæ præcipientis; qualiter peccauit?

4. Primò, vide & considera quanti materia colorum, & tabulæ fiat, secundum harum rerum valorem illum argue, non autem secundum valorem artis; quod si materialia ad amicum pertinebant, & nihilominus contra voluntatem Prælati dederit, non est censendus proprietarius, sed inobediens. Contra obedientiam autem peccauit, me iudice mortaliter; quia longo tempore pingere contra mandatum Abbatis, est actio notabilis.

5. Hinc constat, duos Monachos, qui contra Prælati mandatum pingunt tabulas quas donant sæculari etiam alter delineet pretiosissimas, alter vilissimas, si æquale tempus infumant, peccate æqualiter. Ratio est; quia peccatum non consistit in valore picturæ, sed in quantitate temporis expensis in arte pingendi contra voluntatem Abbatis.

6. Nec valet dicere, illos habuisse pingendi licentiam, sed non dandi; si enim bene consideres, in tali casu non habuerunt licentiam pingendi tabulas dandas, ergo quas dandas pinxerunt, pinxerunt equidem contra obedientiam.

7. Potest igitur Religiosus gratis scribere, pingere, &c. orare, celebrare pro Paulo, licet sciat eum venditurum esse manuscripta, aut recepturum eleemosynam pro orationibus; quia ipse non dat Paulo pecunias, sed suæ industriæ, aut orationis extrinsecos actus & hos gratis, quos ni contrarium Prælati iussent, liberrimè donare potest.

RESOL. XI.

An Religiosus possit dare leuiores alterius generis, licet non sint de leuibus comestibilibus, & ad deuotionem pertinentibus concessis in hac Bulla?

Et an casus excepti in hac Bulla extendantur ad alios similes?

Et docetur, quod quamuis per solas quinque causas donatio renouari possit, tamen idem potest ex aliis

Tom. VII.

gravioribus causis, vel æque grauibus. Ex part. 1. tract. 6. Ref. 7.

§. 1. Negatiua sententia suaderi potest ex illa vulgata regula iuris, quod casus exceptus firmat regulam in non exceptis; sed in hac Bulla excipiuntur tantum leuiores comestibilia, & ad deuotionem pertinentia: ergo excluduntur omnia alia.

2. Sed ego puto cum Ioan. de la Cruz de star. Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 5. concl. 3. num. 3. & Filiucio tom. 1. tract. 34. cap. 3. num. 71. posse Religiosos dare etiam leuiores alterius generis. Et ratio est: quia, quoties in aliqua regula excipiuntur aliqui casus, etiam casus similes consequenter manent excepti. Vnde ex multis Euerardus in suis topicis legalibus, loco à natura dictionum taxatiuarum, num. 4. Antonius Gomez tom. 1. variar. cap. 11. num. 12. & alij probant, dictionem taxatiuam non excludere casus similes, in quibus eadem ratio militat. Item l. fin. Cod. de renouandis donat. decernitur, quod per solas quinque causas potest renouari donatio; & tamen communis Doctorum sententia docet, posse quoque ex aliis grauioribus, aut æque grauibus. Ita Glossa ex l. fin. ver. voluerit. Abbas cap. fin. num. 3. de donat. Nauarrus tom. 4. num. 48. de Regul. seruant. l. 6. Iaceni num. 59. Syluester verb. donatio, 1. quæst. 13. num. 17. Gomez tom. 2. var. cap. 4. num. 14. Molina de primog. Hisp. lib. 1. c. 9. num. 32. Lessius de iust. lib. 2. cap. 8. dub. 14. num. 104. cum multis aliis: quidquid in contrarium asserat Molina Theologus de iust. tom. 2. disp. 281. ver. nobis verò & Rebellius part. 2. l. b. 18. g. 9. n. 8. Et Ratio est: quia, cum lex non possit excipere omnes casus exceptione dignos ponit aliquos loco exemplorum.

3. Dicendum est igitur, quod licet summus Pontifex in hac Bulla interdixerit munera à Religiosis dari, præterquam in casibus hic exceptis; tamen ex doctrina superioris adducta casus excepti debent extendi ad similes, in quibus eadem, vel vrgentior militat ratio. Et hanc opinionem præter Ioan. de la Cruz citatum tenet etiam Soula in exposit. huius Bullæ, fundam. 5. n. 38. 39. 40. & nouissimè Scortia in Pontif. Constit. epist. 158. theor. 396. Quod est maximè notandum ad multos scrupulos depellendos. Ad argumentum verò in contrarium supra adductum potest quis respondere, regulam illam iuris, quod casus excepti firmant regulam in non exceptis, intelligendam esse de casibus non exceptis, qui alias sunt dissimiles exceptis.

\* Sup. hoc in tom. 6. tr. 7. in Ref. 10. post mediū, §. 1. à vers. Et si & §. seq.

Quoad hoc lege infra doctrinam Ref. 64. ad medium; à vers. Nota, & sup. hac extensione ad casus similes, supra in tr. 1. x doctrina Ref. 335 & aliarū etus p̄m̄æ not. signæret in fine d. d. Ref. &c.

RESOL. XII.

Quenam esculenta, & poculentia possit Religiosus largiri in terminis huius Bullæ, & ad quem valorem ascendere possint? Ex part. 1. tractat. 6. Ref. 13.

§. 1. Valorem esculentorum, & poculentorum, quæ in hac Bulla conceduntur, non debere superare quantitatem, quæ in furto inducit peccatum mortale, docet Bartholomæus à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. quæst. 218. & Paulinus Berti in explicat. huius Bullæ, in 10. casibus positus post part. 2. principalem: & putant, hanc quantitatem non debere excedere valorem trium Iuliorum. Vide etiam Fabrum decrebit. in 4. sen. disp. 15. q. 2. disp. 45. c. 5. n. 122. Igitur, secundum hos Autores, esculenta, & poculentia non sumuntur in hac Bulla, in significatu, in quo sumuntur, & explicantur in multis locis Canonum, & iuris communis.

2. Sed merito contrariam sententiam docet Soula in exposit. huius Bullæ, §. 4. numer. 80. & 90. Bonacina in tr. var. disp. 3. punct. 1. n. 9. & Valerius in differ. X utriusque

utrinque fori. verb. mueras, diff. 1. num. 59. vbi sic ait? [Quæ autem dicantur leuiores esculenta, & poculenta in hac Bulla, deduci potest ex cap. statutum. §. in super. de rescript. in 6. nimirum, quæ paucis diebus consumi possunt.] Vbi glossa verb. paucis. addit, & hoc arbitrio boni viri relinquendum, cum aliter non determinetur, habita consideratione personæ dantis, & personæ recipientis, vt in cap. et si questiones, de simon.

Supra in  
Rel. quæ hic  
est 3.

3. Et ita ego hanc secundam sententiam puto probabiliorē: quia, vt supra notatum est, hæc Bulla non est iuris noui inductiua; sed reformatiua; & iuris communis restitutiua, & eidem conformis. Quare, quidquid ante hanc Constitutionem licebat, & nunc licet, & dari potest: & e contra, quidquid nunc non licet, nec antè licebat. Ex quibus apparet, esculenta, & poculenta huius Constitutionis, intelligenda esse, secundum terminos iuris communis.

### RESOL. XIII.

An Religiosus possit sine licentia Prælati, & sine contrauentione voti paupertatis, & huius Bullæ largiri suam pitantiam? Ex part. 1. tractat. 6. Ref. 28.

§. 1. **N**egantem sententiam docet Bartholomæus Saloniensis in 2. 2. tom. 1. §. 6. 1. v. de dominio, q. 1. art. 3. concl. 2. coroll. 3. vbi asserit, nullum Religiosum posse ex his, quæ ipsi conceduntur ad suos proprios vsus, vt victum, &c. aliquid erogare, sine particulari licentia sui Superioris, etiamsi parcissimè illis vtatur: vt, cum mittitur Religiosus ad peragendum aliquod negotium in locum distantem, & datur illi à Superiore pecunia, qua victum sibi parat, etiamsi parcissimè viuatur, tenetur ea quæ reseruat, rediens in Conuentum Superiori restituere. Et ratio est: quia Religiosus non potest esse dominus alicuius rei, nec usufructuarius, sed tantum vsuarius: sed vsuarius solum tenet, & habet vsum rei pro se, & non potest illam dare alteri: nam hoc est proprium domini, & usufructuarij: ergo Religiosus potest tantum comedere pitantiam; non autem disponere, & dare illam.

2. At mihi contraria sententia probabilis etiam videtur. Et ratio est: quia in illis rebus, quæ vnico actu consumuntur, non potest secerni vsum à dominio. Ita Ioannes XXII. in Exirau. ad conditorum 9. quod autem de verb. signific. vbi ait, quod in rebus vsu consumptibilibus, vsum, & dominium non distinguuntur; sed cui confertur vnum, conceditur vtroque. Et hanc sententiam tenet Syluester verb. dominium. §. 3. Petrus de Aragon. in 2. 2. §. 7. 2. art. 1. D. Antoninus p. 4. tit. 1. 2. c. 4. §. 10. Sarmiento de reddit. p. 1. c. 1. Turrecremata in sum. lib. 2. c. 1. 12. ad 10. arg. & alij. Et probatur ex autoritate l. 2. ff. de usu fructu earum rerum, quæ vsu consumuntur. Et ita in terminis nostræ Bullæ docuit hanc sententiam Hieronymus Cenedo de paup. relig. dub. 17. n. 9. & dub. 32. n. 8. & 13. vbi sic asserit: *El Religioso por tener el vsu, y el dominio de la pitança, segun la sententia pronable, y por ser limitada, y tambien de poco valor, y de que no se ha de seguir notable daño al Conuento, y por tener licentia interpretatiua del Prælado, o ser conforme à buena razon el tenerla, puede sin escrupulo disponer della, sin contrauenir al voto de pobreza, ni à la Constitucion del Papa Clemente VIII. de largitione, numerum.* Sic ille.

3. Scio contrariam sententiam esse probabiliorē: negat enim, vsum non posse separari à dominio. Sed nostra sententia, vt diximus, est probabilis, vt etiam

ex aduersariis concedit Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 32. n. 21. Tannerus in 2. 2. disp. 4. q. 1. dub. 2. n. 23. qui vocant contrariam sententiam, quam ipsi tenent, probabiliorē, & veriorē. Si quis verò has sententias largiùs discussas legere desiderabit, præter Turrianum loco citato, videat Lessium lib. 2. c. 3. dub. 2. n. 31. Mirandam in Manual. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 10. Valentiam tom. 3. disp. 5. q. 10. punct. 1. Bañez in 2. 2. q. 62. tr. de domin. q. 1. Bellarminum tom. 1. lib. 4. de Peccatrice, cap. 14. Rebellium de oblig. iust. p. 1. lib. 1. q. 7. sect. 4. n. 32. Molfesum in summa, tom. 2. tract. 12. c. 1. num. 62. & alios penes ipsos.

4. Restat modò respondere ad argumentum contrariæ sententiæ in principio positum. Dico igitur, quod Religiosus, cum sit vsuarius rerum vnico actu consumptibilium, tenet etiam dominium illarum rerum: nam, vt diximus secundum sententiam probabiliorē vsum non potest separari à dominio. Et licet Superior possit tollere rationem limitatam, quæ iam Religioso erat applicata, non sequitur ex hoc, quod possit separari vsum à dominio, sed solum colligitur, quod Religiosus tenet vsum illius rei, cum dependentia ab ipso Prælato. Sed supposito, quod Religiosus tenet vsum, tenet etiam dominium illarum rerum, quæ, vt diximus, sunt vnico actu consumptibiles.

5. Limitatur tamen, & intelligenda est hæc sententia, non in ordine ad rationem, & pitantiam, quæ non conceditur Religioso cum taxa, & limite, vt est panis, & vinum, &c. sed in ordine ad pitantiam, quæ limitatè præbetur, vt est caro, ortus, &c. Limitatur etiam Prælati, ex causa rationabili, ad vitandum excessum, & abutulum Religiosorum, vel propter paupertatem, vel censuras in contrarium non imposuisset: in his enim casibus Religiosi non debent disponere, nec possent de cibis, etiam limitatis, & hoc ratione præcepti, & boni publici totius Communitatis. Et hæc opinionem ita explicatam, præter Cenedum, & alios, vbi supra, tanquam probabilem etiam admittunt multi Viri docti de hac re à me consulti, non solum ex nostra Religione; sed etiam ex Societate Iesv, & Dominicanorum Familia: vnde valde miror, fallam, ab aliquibus, his diebus, fuisse nominatam.

### RESOL. XIV.

An Religiosus sine peccato possit comedere, & mero dare aliqua, quæ ipsi ad vsum permissa sunt, etiam pecunias, & non solum Religiosi presbiteri eiusdem Monasterij, sed etiam ceteri sacraliter? Ex p. 1. u. 6. Ref. 37.

§. 1. **N**egatiuè respondet Lessius lib. 2. c. 4. §. 1. dub. 9. n. 79. nisi essent res parui momenti, & crebriò occurrentes. Et ratio est: quia vsuarius nequit vsum rei alteri concedere, quia sic non esset vsuarius, sed usufructuarius. Sed melius Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num. 65. putat, posse Religiosum sine peccato mortali commodare res ad proprium vsum destinatas, quando est securus de retentione illarum: ac conseruatione: quia hæc videtur parua materia.

2. Sed magis amplè loquitur in hac re Petrus de Ledesma in addit. ad sum. tom. 2. cap. 4. dub. 2. fol. m. 97. quod etiam extendit, si comodatæ & mutuatæ pecunias: ita enim ait: *El prestar dineros à Religiosos del mismo Conuento, y a un estirato, no es peccado mortal contra la pobreza, siendo persona segura, la persona à quien se en presta el dinero. La razon muy escusa, que me muene à tener este parecer, es la siguiente. Porque asi que es verdad, que per el conueniente*

de dineros, se passa al dominio à quel, à quien se presta, con todo esso el prestar no es cosa de importancia, porque el otro queda con obligacion de Boluerle el mismo dinero, ò otro seme, ante en cantidad, de suerte que se passa el dominio con derecho à boluer à otro equivalente. Por lo qual emprestar haze muy poco, luego aunque Religioso, no tenga forma, y expresa licencia del Pralado, puede muy bien prestar, porque el prestar no es cosa de importancia. Ita ille. Et ita etiam hanc sententiam docent multi Viri docti ex nostra Religione, & Societate IESV, de hac re à me consulti. Vnde immeritò aliqui hanc opinionem falsam his diebus putarunt, quam nouissimè, tanquam probabilem, tener, & docet Peyrinus de Relig. subdit. tom. 1. cap. 2. §. 2. §. 5.

3. Non grauior etiam hic apponere verba Llamas in *Meth. part. 3. c. 9. §. 12.* vbi ait: Monachi, in eodem Monasterio professi, possunt sibi mutuo ad usum dare libros, & res cuiuscunque pretij, quem vnicuique illorum in usum concessa fuerunt, abque scrupulo vilo furti, vel iniustitia: quia nulla iniuria fit aliis. Nam dans usum voluntarie præbet, quem habebat concessum: dominium vero Monasterium non amittitur, cum ad idem reuertatur res quoad dominium, ex hoc, vel ex illo quoniam ambo sunt in illo professi: ergo nulli iniuria fit, nisi saltem Pralato, si sine eius licentia fiat: hæc autem non est iniustitia sed inobedientia, & semper venialis, nisi adsit contemptus. Sic ille. Et paulò post, descendens in particularia, ait, posse supradictos Religiosos dare inuicem tunicam, caligas, calecos, & etiam cucullam ad usum, dum modo dans proutius de sufficienti remaneat, omnino voto paupertatis seruato. Et ita etiam docet nouissimè Fagundez de *Præcept. Ecclesiar. 2. lib. 8. cap. 6. num. 4. §. 5. & 6.*

RESOL. XV.

An Religiosus possit commutare etiam cum secularibus aliquas res, quando nullam inuoluntariam patitur Communitas? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 38.

1. Negatiuam sententiam docet Faustus in *thes. Relig. lib. 8. §. 1. §. 8. m. 2.* Homobon de *casib. reseru. c. 3. p. 3.* Sanchez in *sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 67.* & alij: quia putant, talem commutationem esse actum dominij, vtpote quæ à solo habente dominium valde fieri potest.

2. Hæc sententia est probabilis: sed non minus probabilem contrariam esse puto. Et præter Lopez, & Rodriguez, quos citat Faustus, & Sanchez, tenet etiam hanc sententiam Peirin, de *Relig. tom. 1. c. 2. §. 2.* §. 1. Ioan. de la Cruz de *statu Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 4. concl. 2.* & Ledesma in *addit. ad sum. tom. 2. cap. 4. dub. 7. fol. mibi 99.* vbi ita asserit: *Me parece probabilissimo, que el trueco no es pecado mortal contra el voto de la pobreza, aunque se haga sin licencia expressa del Pralado, y aunque se haga con Religioso del mismo Conuento, ò con otra persona estrana. T la razon es: por que quando uno trueca una cosa, por otra de igual precio, queda con el mismo derecho, y con igual dominio de cosa del mismo valor: luego licito sera truecar semejantes cosas, sin licencia expressa del Pralado.* Videtur igitur tali permutatio, pauca materia, que non habet propriam distractionis, aut consumptionis rationem: & adest interpretatiua Superioris licentia: ergo, &c. Vide etiam circa præsentem questionem Tannerum in *2. 2. disp. 6. quest. 3. dub. 4. num. 104.*

Tom. VII.

RESOL. XVI.

An si Religiosus commutet aliqua cum secularibus, peccet contra votum paupertatis? Ex parte septima tractat. 1. & Misc. 2. Relolut. 21.

1. Affirmatiue nominatiuè contra me respondet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo de *ius. & iur. tom. 1. disp. 3. sect. 8. num. 57.* vbi sic ait: Illud tamen quod Diana addit, quod scilicet non sit mortale commutare res, quibus vitur Religiosus cum aliis rebus eiusdem valoris dissimilibus, etiam cum secularibus, quia semper remanet cum æquali valore: hoc, inquam, mihi non placet: quia eodem modo posset abique licentia vendi, cum tunc etiam fiat commutatio rei pro pretio, & maneat res eiusdem Valoris apud Conuentum, nempe pecunia illa: imò vtilius est Conuentui commutare pro pecunia, quàm pro re alia determinata, cum pecunia deseruire possit ad rem illam, vel quamlibet aliam similem vel dissimilem comparandam. Fatendum ergo est, commutationem pro re dissimili nimium alterare rem ipsam, atque idè rationabiliter esse inuitum dominum, si abique eius consensu fiat.

2. Sed me citato negativa sententia placet Caruelli in *Regulam D. Benedicti, disput. 65. num. 97.* sic asserenti. A fortiori hæc conclusio, tenenda est de commutatione, mutatione, imò commutatione; scias esse probabile, Monachum non solum posse vestes, libros & alia quæ habet ad usum, commutare cum confratribus, sed etiam cum secularibus, dummodo in commutatione rigor iustitiæ plus citra conferuetur. Vnde qui daret seculari vnam togam pro vno libro similis valoris, non peccaret mortaliter. Ita ille. Vnde etiam probabilem contra Eminentissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo, nostram sententiam esse existimo.

Sup. hoc in Ref. p. 1. c. 1. ta & inf. a in Ref. 23. §. Nota secundò, ad lit. 6.

Super his magis late supra in Ref. 14. & pro commutatione in Ref. & §. not. præterita.

RESOL. XVII.

Quidam Superior Regularis tempore, quo erat Pralatus accepit pecuniam ab amico, quam postea subditus per multum tempus penes se retinuit, in scio Superiore, sed postea expendit cum eius licentia; questum à me fuit, an peccauerit?

Et ex doctrina huius questionis inferitur potius, se Confessarium Regularem absoluerè à reseruatæ vigore facultatis obtente à Pralato præterito, pro tempore sequenti, quo ipse non erat Superior Monasterij, vel Prouincia. Ex parte vndecima tractat. 8. & Misc. 8. Relolut. 54.

1. Negatiuam sententiam tenet Cardinalis Lugo de *Sacram. penitent. disputat. 19. sect. 2. numero 42.* vbi querens an Prælatus possit sibi dare licentiam pro tempore futuro, aduertit, facultates quas Prælatus concedit, posse esse diuersas: alia enim sunt, quæ nunc quidem mandantur executioni, licet earum effectus perseveret postea, alia vero sunt, & effectus & executio ipsa postea ponenda est. Ad priorem classem spectat



communicatio, vel dispensatio in voto, quae semel executioni mandata, habet tamen suum effectum successivè, tempore etiam subsequenti. Item, quando Praelatus dat licentiam mihi accipiendi vestem, vel Breuiarium ab amico: nunc enim executioni mandatur illa licentia, & nunc accipio vestem v.g. quam postea retinere possim absque noua licentia successoris. Et quidem his, & similibus poterit Praelatus finita praelatura frui, quando ea executioni mandauit tempore quo poterat eiusmodi facultates circumscribere, & circa alios exercere. Quare si sibi accepit ab amico vestem, vel Breuiarium, poterit retinere postea, sicut possent alij subditi, quibus ipse dedisset similem licentiam. Ratio: quia cum ipse tunc esset administrator rerum communium, ad eum pertinebat diuidere, & applicare singulis, quae prudenter iudicaret illis applicanda. Sicut ergo poterat alijs applicare vestem, aut Breuiarium ad eorum usum; sic poterat sibi, qui erat vnus ex illis, qui debebant participare bona communia, seruata tamen prudenti, & rationabili distributione, vt non applicaret sibi plusquam alijs cum eorum prauiudicio, hoc tamen etiam seruandum erat in applicatione, & licentia respectu aliorum subditorum. Iam ergo erat vestis ei legitimè applicata ab eo, qui habebat munus applicandi, & distribuendi bona communia.

2. Ad posteriorem classem pertinet facultas verbi gratia accipiendi aliquid, vel donandi, vel vendendi anno sequenti: item facultas data alicui, vt postea, vel absoluat, vel absoluat à peccatis reseruat: haec enim, & similes facultates non habent praesentem effectum nec executionem, sed futurum tempore sequenti; & has facultates dicimus non posse Praelatum dare sibi nunc pro tempore sequenti, quo iam non erit Praelatus, potest itaque nunc accipere vestem, quia hoc iam nunc mandatur executioni: potest item nunc accipere pecuniam ab amico, & retinere, & in virtute huius legitimae acceptionis qua accepit illam ad vsus non communes, sed suos, potest etiam finita praelatura eas retinere, vel apud se, vel saltem apud illum, apud quem alij subditi deponunt, id quod cum licentia accipiunt ad vsus suos: non tamen poterit eas postea expendere sine licentia successoris, quia licet poterit eas pecunias licitè accipere; non tamen dare sibi licentiam ad eas expendendas tempore sequenti, quando iam ipse esset subditus. Similiter non poterat quando erat Praelatus dare sibi facultatem absoluendi alios Religiosos à reseruat, quando iam non esset eorum Praelatus, nec etiam vt ipse ab eis absolueretur: quia illa licentia mandanda esset executioni tempore sequenti, quo iam ipse non posset eam concedere. Hucusque Cardinalis Lugo: ex cuius doctrina apparet in casu mihi proposito, Religiosum illum retinendo penes se pecuniam, quam tempore quo erat superior recepit, non peccasse, si postea illam cum licentia Praelati successoris expendisset.

3. Sed vt verum fatear, magis mihi placet opinio affirmatiua, quam contra Cardinalem Lugo sustinet nouissimè Pater Dicastillus de sacram. tom. 2. tractat. 8. disputat. 10. dub. 7. numer. 147. vbi superius dicta ab Eminentiissimo Cardinali approbando, in vno difficultatem habet, quod facit pro casu mihi proposito, dum dicitur à Cardinali Lugo posse quidem acceptam pecuniam finita Praelatura retinere, non tamen illam postea expendere sine licentia successoris, quia licet poterit licitè illas pecunias accipere, non tamen dare sibi licentiam ad eas expendendas tempore sequenti, quan-

do iam ipse esset subditus. Difficultas verò mea in eo sita est, quod actus expendendi, ideo non potest fieri ex vi praecedentis facultatis, aut potestatis quam habuit ad recipiendum, & retinendum, aut etiam expendendum eas pecunias tempore quo erat superior, quia actus expendendi, est vsus talis pecuniae, & actus talis, vt non possit fieri sine legitima facultate tunc existente, quando fit actus facultas autem ad id tunc nulla est, quia neque est facultas, quam habebat, quando erat superior ex vi sui officij, quo iam est defunctus, neque alia facultas, quam sibi dedisset quando erat superior, duraturam pro sequenti tempore, quando iam non esset superior: hoc enim non poterat sibi inferre, vt merito expressè conceditur, & supponitur in praedicta doctrina, & nos paulò post probabimus atqui non solum actus expendendi est actus contra votum, & obligationem paupertatis, sed etiam actus retentionis; imò etiam est contra iustitiam, quia actus retinendi pecuniam non potest fieri sine voluntate domini, qui dominus non est Religiosus, sed communitas, quam oportet consentire per se, si illa est, quae gubernat, vel per caput suum scilicet per superiorem, ergo sicut actus expendendi in illo tempore, quo non est superior, est actus sine legitima facultate factus à non domino, & simul impeditur per votum: ita & actus retinendi erit actus sine legitima facultate factus à non domino, & per votum impeditur, & sicut superior non potest sibi concedere facultatem ad expendendum eo tempore quo iam non sit superior; ita neque ad retinendum eo tempore quo iam non sit superior. Quod si recurrat aliquis ad voluntatem superioris sequentis, qui censetur non inuitus in retentione eius, quod legitime fuit acceptum; hoc non est facere actum sine voluntate superioris sequentis; sed cum illa, quod iam est aliud fundamentum, & alia doctrina, quae eodem modo potest habere locum in expendendo, sicut in retinenda pecunia, & concedendum videtur esse eandem rationem in vno, atque in alio, atque hoc est quod intendo. Qui discursus videtur probare quod sicut non potuit dare facultatem, vt quas pecunias legitimè potuit accipere, quando erat superior, possit expendere legitimè quando non sit superior; ita non potuit dare facultatem sibi, vt quas pecunias legitimè accepit, & retinuit, quando erat superior, legitimè retineat quando iam non est superior. Confirmo, & declaro, quia retentio pecuniae illo tempore, quo iam non est superior, est moraliter quaedam acceptio pro illo tempore, & illa habitio pecuniae illo tempore tantum differt à prima acceptione, sicut in Physicis quaedam conseruatio à prima productione, quae ideo non est prima productio, quia praecessit tempore praecedenti existentia termini, ab eadem, vel ab alia causa; quod satis extrinsecum, & accidentiale est: atqui non admittunt praedicti Theologi posse sibi dare facultatem accipiendi pecunias pro tempore, quo non sit iam superior, ergo neque dare sibi facultatem, vt possit sibi retinere, & exercere actum habendi in illo tempore. Ergo quamuis alius possit dare illam licentiam duraturam pro sequenti tempore, sibi non poterit. Et haec omnia docet Dicastillus vbi supra.

4. Nota vero supra dictos viros doctissimos concordare, quod Praelatus possit concedere alius licentias posterioris generis, etiam mandanda sine executioni tempore sequenti, quando ipse Praelatus non erit, & non possit sibi ipsi eas communicare pro tempore sequenti. Cur verb. g. possit alius dare facultatem absoluendi à reseruat etiam tempore sequenti

sequenti subditos huius Conuentus, vel Provinciae, cui ipse nunc praest, & non possit sibi dare nunc eam facultatem ad tempus sequens; Ratio autem videtur haec esse: quia ipse nunc est capax accipiendi talem commissionem: potest enim ipse nunc absolueri, vel per alios, quibus committat illud officium: non potest tamen committere illud nisi iis, qui sint capaces talis commissionis accipiendae. Vnde non potest nunc dare eam facultatem homini non baptizato, vel non clerico, qui futurus esset clericus tempore quo iam ipse non esset Praelatus: nunc autem ipse Praelatus non est capax accipiendi delegationem, vel commissionem à se ipso: quia inter delegantem, & delegatum, seu commissarium debet dari distinctio: quare ipse non potest tunc accipere illam facultatem; postea verò non potest etiam, quia iam expiravit potestas in dante. Ergo licet aliis possit communicare eiusdem facultatem, non sequitur quod possit eam communicare sibi ad tempus futurum, quo non erit Praelatus.

5. Itaque illa facultas debet esse quaedam delegatio & collatio potestatis delegatae, ipse verò non est capax talis delegationis à seipso; quia inter delegantem, & delegatum debet esse distinctio, & in eodem tempore debet esse capacitas in delegato, & potestas in delegante. Quando autem ille est Praelatus, non est capax delegationis praesertim à se; postquam verò iam non est superior, est quidem capax delegationis, sed iam deest potestas delegantis, quod totum non contingit comparatione aliorum, quia est potens delegare, & in eodem tempore illi capaces delegationis. Non ergo mirum quod sibi non possit, & possit aliis.

6. Sed haec omnia procedunt de facultate, quam superior directè sibi confert; nam indirectè potest iuxta supra citatam materiam, & ideo Dicastillus *vbi supra* n. 150. asserit, posse Praelatum, dum adhuc est Praelatus, dare alicui facultatem ad id cum facultate subdelegandi, quo casu, cum ille alius possit quemcumque; alium ex subditis illius communis subdelegare, ex vi facultatis acceptae ab illo, qui tunc erit Praelatus, possit ipsi expraelato, quando iam est substitutus, conferre eam potestatem delegatam.

6. Vnde ex superius dictis, ego olim interrogatus respondi potuisse confessorium Regularem absolueri à referuatis vigore facultatis obtentae à Praelato praeterito pro tempore sequenti, quo ipse non amplius, sed alius erat superior Monasterii, vel Provinciae, patet ex doctrina superius adducta à Dicastillo, & Cardinali Lugo.

RESOL. XVIII.

An Religiosus possit recipere aliquid sine licentia Superioris, si habeat intentionem petendi dictam licentiam priusquam expendat illud?

Et notatur, quod si talis Religiosus absolute recipiat, v. g. illam pecuniam, sed ad breue tempus, retineat, ut quia expectatur nouus Prior, vel scribat statim Parri Generali, vel Prouinciali pro licentia, peccauit tantum venialiter, quae quidem sunt valde notanda, quia practica. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 42.

1. Negatiuè respondet Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 3. concl. 1.

2. Sed contrariam sententiam putat etiam probabilem: nam ita ait: [Est probabilis sententia Victoriae asserentis, posse Religiosum, seclusa speciali prohibitione, circa hoc recipere aliquid sine Praelati licentia: dum tamen habeat animum petendi licentiam, Tome VII.]

quando expenderit illud. Ita ille. Sed, quia res accepta acquiritur statim Conuentui, eò quòd absolute data, & recepta sit à Religioso, & ideo, dum absque licentia retinetur, id efficitur invito domino; propterea in tali casu dictus Religiosus potest, vt bene obseruat Sanchez in *sum. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num. 51.* & post illum Faustus in *thes. Relig. lib. 8. quast. 109. n. 2.* sine fractione paupertatis efficere, vt dominium illius rei, & administratio remaneat apud dantem; & ipse Religiosus, nomine illius \* depositam habeat, non ea vtens, donec licentiam à Superiore petat, & ita sine vilo scrupulo poterit rem quancumque detinere: quia sic Religiosus, nec dominium, nec vsum, nec administrationem illius rei habet: ergo non peccabit contra votum paupertatis, vt patebit melius ex *vbi supra* dicendis. Notandum est etiam, quòd si talis Religiosus absolute recipiat, v. g. illam pecuniam; sed ad breue tempus retineat, vt, quia expectatur nouus Praelatus, vel scribat statim Generali, vel Prouinciali pro licentia, peccabit tantum venialiter. Quae quidem sunt adnotanda: quia multum practica. bilia.

ex Ref. 66. s. vic.

\* Sup. hoc cum eisdem DD. hic citatis infra in fine Ref. 27. & lege etiã §§ not. practica. Et pro nota-to vitimo huius Ref. in Ref. seq.

RESOL. XIX.

An Religiosus peccet mortaliter, si per breue tempus retineat apud se rem donatam, quia vult petere licentiam à Prouinciali, vel à nouo Superiori?

Et an Religiosus peccet contra paupertatem accipiens rem aliquam ex Communitate, & loco publico pro usu temporali, vt deinde in eundem locum restituat? Ex p. 1. tr. 1 & Misc. 1. Ref. 19.

1. Negatiuè ego olim respondi, sed nominatim contra me insurgit Caramuel *fundam. 32. numer. 524.* vbi sic ait; An breuitas temporis excuset à peccato mortali?

2. Diana *part. 1. tract. 6. resol. 42.* agens de paupertate, respondet asseritiuè: cuius haec verba sunt. Notandum est etiam, quòd si talis Religiosus absolute recipiat pecuniam (nimirum inficso Abbate) sed ad breue tempus retineat, vt quia expectatur nouus Praelatus, vel scribat statim Generali, vel Prouinciali pro licentia, peccabit tantum venialiter & subscribit haec esse valde notanda, quia multum practica. bilia.

Quae hic est Ref. antecedens, & in alio §. eius not. 1.

3. At ego propter alias circumstantias fortè excusari hunc Religiosum posse existimo; at à temporis breuitate posse sumi excusationem, non video: illi enim ne vna quidem hora (immo neque vno momento) licet esse proprietario. Ita Caramuel.

Sed poterat amicissimus vir sententiam nostram interpretari, vt alij postea interpretati sunt, & ego de facta intellexi.

4. Sentiat itaque Hieronymum Garziam in *politica Regulari tom. 1. tract. 4. part. 3. difficult. 5. dub. 3. numer. 10.* vbi sic ait, Finalmente quando me ofrece el dinero el dante, si yo lo acepto como mio, pretendiendo tener derecho à el, es certissimo que peccaré contra votum, por mas que se quede penes dantem; por que aceptar dominio sin licencia ya sabe que es contra votum, y assientan en esto los Autores citados Diana *part. 1. resol. 42.* citada, Sanchez *num. 5.* desiendo que si yo recibo de afuera de casa vna cosa, con animo de no usarla sin licencia, però no quiero pidirsela al superior inmediato, sino al Prouincial, ò General; que si espero breuemente esta licencia que podre hazerlo sin peccar mortalmente contra el voto, però no tengo de aceptar el dominio;

Quae hic est Ref. antecedens & lege eam per totam, & eius primè annot.

fino dexarto en poder del dante hasta que veiga lalicéria, y en el interim la rendre como en deposito. Ita ille.

5. Cui adde Eminentissimum Lugo de iust. tom. 1. disp. 3. sect. 8. num. 151. sic asserentem, infero quòd quid dicendum sit de Religioso accipiente rem animo non utendi absque licentia; sed tamen vult illam à Prælato mediato petere, quem breui expectat, vel eius literas; quo casu Sanchez num. 5. quem sequitur Diana loco citato resol. 42. cum aliis; dicit, non esse peccatum mortale, si breui tempore speretur licentia. Ego quidem puto id totum posse sine violatione voti obtineri, si iuxta superius dicta debito modo fiat, hoc est, non habendo intentionem acceptandi vltimo modo rem illam, vel ius aliquod ad eam, sed relinquendi totum ius penes ipsum donantem, donec licentia habeatur; tunc enim per longum tempus posset retineri quasi in deposito. Si tamen acceptetur absolute absque licentia, plus scrupuli est, quia licet tempus quo retinetur sit breue, & ex eo capite videatur materia leuis: Ipsa tamen acceptio absoluta videtur esse actio satis grauis, & non facile superior adiri, & licentia obtineri. Credo tamen communem modum acceptandi esse solum conditionatum, hoc est acceptandi, si prælati consenserit, qui modus licitus est.

6. Hæc Lugo, & iterum ego: nec aliter in verbis à Caramuele adductis intelligere volui, & hanc sententiam præter Doctores adductos tenet etiam, me citato Leander à Murcia in regulam D. Francisci quaest. 23. super cap. 6. num. 6. & confirmatur ex alio dubio, quod apponit idem Leander num. 2. ubi sic ait \* [Preguntase lo segundo, si el Religioso peca contra la pobreza, tomando alguna cosa de la comunidad, o de algun lugar publico con intencion de aprouecharse della por unos pocos de dias, y de boluerla luego à su lugar: Respondo que este tal Religioso no peca alomenos grauaemente contra la pobreza, porque no es su intencion quedar se con la tal cosa, ni usar della absolutamente contra la voluntad del Prelado: y quando en el uso de aquellos pocos dias sea el prelado inuoluntario, no puede ser la materia graue, porque ni el dicho uso es absoluto, ni por mucho tiempo.]

7. Cuius quidem vltima verba contra Caramuelem nimis faciunt, ex paruitate enim temporis excusationem admittit, quod potest confirmari ex cap. nam & ego de verbor. significat. quæ verba sunt Salomonis cap. 4. Prouerb. sic dicentis: Nam & ego vnigenitus sum coram matre mea, per hæc verba proponit Sanctus Hieronymus dubium, qua ratione Salomon dicit se vnigenitum, cum habuerit fratrem alium vterinum ante se; & respondet, quia ille nuper natus, statim è vita decessit, idè se habuit ac si natus non fuisset, & ex hoc notat glos. non videri factum, quod non durat factum.

8. Deinde ablatio, verbi gratia vnus oboli intuito Domino est factum complectum, leue tamen, & committio vnus aut alterius bucellæ carnis die Veneris physice loquendo, est completa comestio, nihilominus leuis erit in genere moris, & omisso vnus aut alterius orationis Angelicæ, aut Dominicæ per votum Deo promissæ, est completa fractio voti, non autem erit grauis sed leuis, & sic in sexcentis aliis similibus id reperiemus.

Sed ego, vt dixi in illis verbis à Caramuele adductis non aliud intelligere volui, nisi quod dixit Cardinalis Lugo vbi supra.

### RESOL XX.

An si quis Religiosus accipiat ab amico aliqua comestibilia, peccet contra votum paupertatis? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 41.

§. 1. **N**egatiuè respondet Ioan. de la Cruz de sancto Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 3. conel. 3. vbi sic asserit; [Religiosus accipiendo ab amico prandium aut alia comestibilia, non peccat: ad hoc enim presumitur habere licentiam à Prælato interpretatum.] Et ita etiam docet Lopez in instr. p. 1. c. 6. [Pater (ait) Religiosus accipere à secularibus aliqua munera electuariorum, vel confectioinum cordialium, bina vltima vel par perdicum, vel gallinarum, vel aliq. simile.] Sed, quia in comestibilibus magni valoris non præsumitur ita facile licentia Superioris; idè casus in tali casu procedendum est.

### RESOL. XXI.

An frangat votum paupertatis Religiosus, qui petit ab amico vt deponat pecunias penes aliquem, vel apud ipsomet Religiosum, vt quando opus erit, petat facultatem utendi à Superiore Prælato. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 43.

§. 1. **T**otum hoc efficere posse Religiosum, testatur Sanchez in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 19. n. 50. Ita asserens: [Non est contra paupertatis votum, si Religiosus ab aliquo, absque Superioris licentia, petat, vt deponat pecunias apud aliquem non habens voluntatem acquirendi dominium, possessionem, aut administrationem, aut usum in illas: sed totum id maneat apud deponentem cum libera reuocandi depositi facultate, & solum habet voluntas e habendi opportunè pecunias, ex quibus, cum indigerent, accipiat ex Superioris licentia & non aliter acceptans, & nullum ius acquirat, donec Superior det licentiam accipiendi. Et idem est dicendum; si Religiosus eas pecunias in depositum apud se seruet, eodem profecto modo, quo erant apud amicum: quia re ipsa non aliter eas pecunias habet, quam si essent apud exterum depositarium: & hoc non pugnat cum paupertatis voto.] Ita Sanchez, quem postea, tacito nomine, sequitur Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. 8. q. 115.

### RESOL. XXII.

An Religiosus, qui ab exteris suis deuotis numerum accipit, & inscio Prælato necessarios libros emittit, peccat peccato proprietatis, & contraueniat nostre Constitutioni, dummodo supradictos libros in cubiculo teneat palam expositos, & omnibus obiectos. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 26.

§. 1. **P**eccare peccato proprietatis, putauit Sanchez in summ. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 56. cum Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. quaest. 112. num. 2.

2. Sed ego puto non esse condemnandum, tanquam violatorem paupertatis illum Religiosum, qui inscio Superiore, acceptis à penitentibus numeris, libros emerit, dummodo tamen in cubiculo teneat illos palam expositos; & omnibus obiectos. Et ratio est: quia, quidquid hoc pacto Religiosus possidet, Prælatorum suorum voluntati, ac pot. stat. subicitur. Ita docuit ante alios Azor. part. 1. lib. 12. cap. 12. q. 3. quem postea sequutus est Fabrus de reser. in 4. sent. dist. 15. quaest. 2. disp. 45. c. 5. num. 113. Cortolanus tr. de cas. reser. part. 2. cas. 4. num. 19. & nouissime tenet etiam hanc sententiam in terminis nostræ Bullæ, Homobonus in exam. Eccl. p. 1. tr. 7. c. 12. que. 140. in fin. & etiam in ordine ad peccatum proprietatis.

RESOL.

\* Sup. hoc in  
fra in Ref.  
46.

RESOL. XXIII.

An sit contra paupertatem Religiosam, in scio Superiore, ex nummis à penitentibus acceptis libros emere, dummodo Religiosus expositos illos in cubiculo teneat?

Et an sit contra votum paupertatis Religiosum in depositum accipere, ita ut possit iis uti, petita postea, & impetrata Superioris licentia?

Et an Religiosus non peccet contra paupertatem, si absque Superioris licentia accipiat pecuniam, ut ipse libere disponat de illa in elemosynas nomine eius, qui dedit?

Et an Religiosus, quæ ad suum usum concessa sunt, ut verbi gratia, Breuiarium, aut vestem, possit cum aliis commutare domesticis, imo etiam cum exteris?

Et cum Religiosus donat alteri sue ejusdem, siue alterius Conventus, an requiratur licentia tam in dante, quam in recipiente?

Et an sit probabilis opinio, quæ docet Religiosum habentem licentiam expendendi aliquam pecuniam in usus, qui sibi placent, si in usus turpes expendat, non peccare contra votum paupertatis, & accipiens non teneatur restituere? Ex part. 3. tract. 2. Resol. 65.

§. 1. Negatiuè respondi in tract. de paupert. Relig. resol. \* 26. cum Azotio, Fabro, Coriolano, & Homobono. Hæc sententia aliquibus displicuit, sed sine fundamento, & ratione, & ideo illam iterum nunc teneo, & pro eius confirmatione adduco celebrem doctrinam Antonij Perez viui doctissimi in Reg. D. Benedicti, cap. 33. dub. 5. num. 125. vbi asserit, posse Monachum inconsulto Prælato accipere aliquod munus à patre, fratre, vel amico animo non occultandi, sed palam habendi illud, cui non accipiat illud suo, sed Monasterij nomine, cum acquirat, quidquid acquirat, & ad hoc faciendum semper intercedit generalis, licet tacita, Prælatorum licentia, quæ ad illius rei honestatem sufficit. Ita ille, & hanc sententiam nouissimè docet Ioannes Franciscus Suarez in Enchiridio cas. cons. lib. 3. ver. de voto paupert. fol. 255. vbi sic ait. Non est proprietarius Religiosus emens libros ex pecunia sibi donata in scio Superiore, si illos penes se retineat tantum ad usum; idque palam inter ceteros libros, quod habet de Superioris licentia. Sic ille.

2. Nota enim hic obiter primò, quod Religiosus non peccat contra paupertatem, si absque Superioris licentia accipiat pecuniam ut ipse libere disponat de illa in elemosynas nomine eius, qui dedit. Et pro hæc sententia vbi supra in Resol. 29. citauit Sanchez, & Faustum, quibus nunc addo Petrum de Ledesma in addit. ad sum. v. 3. c. 4. dist. 12. fol. mibi 111. col. 1. & Ioannem Franciscum Suarez vbi supra fol. 256. §. Accipiens pecuniam.

3. Nota secundò quod non est contra votum paupertatis Religiosum in depositum res accipere, ita ut deponens omne ius dominij, ac possessionis retineat, tamen tali modo pecunia, v. g. sita sunt apud Religiosum, ut iis uti possit, petita postea & impetrata Superioris licentia. Item sæpè præsumi potest Superiorem inuitum non esse, ut quæ Religio ad suum usum concessa sunt, v. g. breuiarium, aut vestem cum aliis commutet, quæ sibi magis accommodata videntur, præsertim si permutatio instituat cum domesticis, imo etiam cum externis, si quæ recipiuntur similia, aut æqualia sint. Interdum verò licet inuitus sit Superior quo ad modum, quia talia efficiuntur ipso non rogato;

non tamen inuitus est quoad rem ipsam, ac proinde culpa mortalis non committitur. Vide Doctores, quos citauit vbi supra, resol. 37. 38. & 42. quibus nunc addo Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 5. c. 7. n. 4. & Perez loco citato n. 125. & 119.

4. Nota tertio, quod est opinio probabilis illa, quæ docet Religiosum habentem licentiam expendendi aliquam pecuniam in usus, qui sibi placuerint, aut in suas honestas recreationes, si in usus turpes expendat, non peccare contra votum paupertatis, & accipiens in tali casu non teneatur restituere. Ita ex Dominicanorum familia Bañez in 2. 2. quæst. 62. art. 5. Lopez de contr. lib. 2. cap. 40. ver. non autem Religiosus, & ex Societ. Iesu Rebellius p. 2. lib. 1. 2. q. 4. sect. 2. n. 6. Ioannes Franciscus Suarez vbi supra, licet magis probabiliter contrarium doceant alij quos ego alibi citauit.

5. Nota quartò quod cum Religiosus donat alteri siue eiusdem, siue alterius Conuentus, an requiratur licentia tam in dante, quam in recipiente, affirmat Sanchez in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num. 71. Sed quoad Religiosum alterius Conuentus res est certa. Verum quoad Religiosum eiusdem Conuentus, ego teneo contra Sanchez non esse necessariam licentiam in recipiente. Ratio est, quia dare, & recipere sunt correlatiua, si ergo huic datur licentia dandi, ergo & alteri recipiendi, quod enim in vno correlatiuorum statuitur, etiam in reliquo locum habet ex l. 1. & 2. C. de cypress. lib. 11. sicut cum datur subdito licentia recipiendi Ordines ab alieno, eo ipso ratione connexionis videtur data facultas alieno conferendi. Et ita nostram sententiam aduersus Sanchez tuetur Ioannes Franciscus Suarez vbi supra, in Enchiridio cas. cons. ver. de voto paupert. §. cum Religiosus donat.

Sup. hoc infra ex doctrina Resol. 55 §. 2. recitatur in fine, & in Resol. 58. 59. & 60. & in alii searum annotationum.

\* Sup. contento in l. oc §. lege infra doctrinam Resol. 34. & 35.

RESOL. XXIV.

An Religiosus si ab amico pecunias accipiat ad emendos libros, vel alia, si non occultet, sed palam in cella exponat, peccet contra votum paupertatis?

Idem à fortiori dicendum est, si accipiat ipsos libros. Ex p. 7. tr. 11. & Milc. 2. Ref. 19.

§. 1. Affirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet Eminentiss. Lugo de iust. & iure tom. 1. dist. 3. sect. 8. num. 153. Quia in primis pecunia illa ab amico accepta statim Conuentui acquiritur, quomodo ergo potest Religiosus ex pecunia communi emere sibi libros absque consensu Conuentus, cuius est illa pecunia? Omitto acceptionem ipsam pecuniam, & acquisitionem librorum, quæ actiones requirebant etiam Prælati consensum, ut licitè fierent. Denique quod libri illi palam habeantur, non sufficit; tum quia emptio facta absque licentia debet confirmari à Prælato, ut firma sit, cum possit ipse illam rescindere, atque ideo necesse est id ei manifestare, ut possit libere decernere: tum etiam, quia subditus iniquè decipit Prælatum; qui dum videt libros illos palam expositos, putat ex licentia legitima subditum eis uti, cum tamen absque vlla licentia eorum usum sibi usurpet, quod perinde esset, ac si libros alios communes sibi absque vlla licentia viurparet. Merito ergo hanc doctrinam refellit Sanchez vbi supra num. 65. & quidem, si ut sonat, reciperetur, paupertatis Religiosa obseruantia magna ex parte deficeret; possent enim Religiosi accipere passim ab amicis pecunias ad emenda, quæ sibi placent, dummodo ea non occultarent, sed palam in cubiculis haberent imagines, libros, scinia, & alia eiusmodi, quod certè si in Religione obseruante, de aliquo constaret, non leuiter puniretur, nec leuiter etiam scandalizaret. Hæc Lugo.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Resol.



2. Sed licet hæc sententia sit probabilis, non minus probabilem contrariam existimo, & ideo tanquam probabilem me citato illam tenet Caramuel in *Reg. D. Bened. disp. 60. ref. 8. num. 836.* vbi sic ait: Non peccat contra paupertatem, qui infcio Abbate ab externis pecuniam accipit, & libros emittit, dummodo habeat eos in cubiculo expofitos, Idem à fortiori dicendum est si accipiat ipsos libros. Ita ille. Et ideo nouiffimè hanc sententiam tanquam probabilem etiam me citato admittit Machadus de *perf. Confess. tom. 2. lib. 5. p. 1. docum. 8. n. 4.*

**RESOL. XXV.**

*Parentes Monialium, & Religiosorum præbentes illis magnam pecuniarum summam ad eorum, cui volunt beneplacitum disponendam; reseruando tamen pro se dominium, queritur, an dictæ Moniales, vel Religiosæ illas disponendo peccent contra paupertatem, & incidant in Bullam Clem. VIII? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 10.*

Sup. hoc in Ref. seq.

§. 1. **N**egatiuè sententiam amplectendam esse putat Soufa vbi sup. in explic. huius Bullæ, §. 2. n. 73. vbi ita ait: *La misma razon corre de lo, que se dice de los Religiosos, para que lo puedan gastar en su utilidad, ò en la de quien ellos quisieren, reseruado siempre en si el verdadero dominio, expressemente ò tacitamente: porque entonces, el Religioso no es mas que mero ministro del verdadero Señor; y no da cosa que pertenga à la Religion.* Ita ille. Et idem etiam docuit infra in §. 4. n. 78.

2. Ex his habent Confessarij principium satis amplum ad tollendos scrupulos, & adhibenda multa remedia in casibus occurrentibus: nam, si Monialis, vel Religiosa de illis pecuniis, seu donis, non recipiat dominium; sed illud apud dantem consanguineum, seu amicum relinquat; tunc potest sine vilo scrupulo, de illis rebus disponere in personam Confessarij, vel alterius personæ: se haberet enim in hoc casu tanquam minister consanguinei, vel amici, cuius est illa pecunia. Sed hæc opinio, cum loquatur de vsu absoluto pecuniæ, videtur aliquibus, & mihi, nimis laxa, & contra perfectionem religiosæ paupertatis: si verò loquatur de vsu determinato ad eleemosynam, vide *Resol. \* 29.*

\* Quæ hic est infra Ref. 27.

**RESOL. XXVI.**

*An si quis det Religioso pecuniam ad ipsius usum liberè, ut libuerit, disponendam, reseruans sibi dominium talis pecuniæ: an Religiosus illa vtendo votum paupertatis frangat?*

*Et quod de pecunia dicitur, potest intelligi, de quacumque re non consumptibili vnico actu.*

*Et quid de consumptibili vsu? Ex p. 7. tr. 1. 1. & Misc. 2. Refol. 18.*

Sup. hoc in Ref. præterita.

§. 1. **N**egatiuè respondet Carmuel in *Regul. D. Benedicti, disput. 60. resol. 7. num. 883.* quia, secundum ipsum, vsus & dominium distinguuntur realiter, potest enim illud retineri, & hic alienari. Ergo Religiosus vtens tali pecunia non peccauit contra paupertatem. Confirmatur: Peccatum contra paupertatem est proprietas; & vbi hæc non relucet, hæc virtus conseruatur illæsa. Atqui in præsentis casu nulla datur proprietas, ergo nullum peccatum contra Paupertatis promissionem. Suppono quod Prælatus non iubeat contrarium: ideoque contra voluntatem Abbatis nihil potest recipi quoad vsum: vnde addo, accipientem rei vsus, & non proprietatem, contra Abbatis iussio-

nem, peccare contra Obedientiam non verò contra Paupertatem.

2. Dices, ex his colligi, Paupertatis votum benignius esse quam multi existimant; fateor, vntam de adhuc id benignius fieri potest: quia experientia docet crescentibus obligationibus, crescere culpas. Non sunt præcepta in causa, nihilominus sunt in occasione salutem remota; vnde ego nullum præceptum ponentem, tollerem quæ possem: vidi de cetero in hac sententia, vntam nulli sequerentur contrariam: facilius feruere Deo possent.

3. Quod de pecunia dixi; potest intelligi de quacumque re non consumptibili vnico actu: quia de hoc ex meis principiis aliter deo philofophari. Dicitur ref. 12. in rebus vnico actu consumptibilibus Religiosus acquirere verum dominium; quia in iis non distinguitur vsus à dominio: ergo itando huic sententiæ, non poterit aliquis dare Religioso cibos ad vsus, & cetera sibi dominium; si enim dat vsus, non poterit dominium non dare; & in tali casu, si hos Religiosus acciperet sine licentia tacita vel expresse esset proprietarius, peccaretque mortaliter, aut venialiter secundum muneris ponderationem: de quo postea.

4. Addo te non tenei ex meis principiis philofophari, sicutque posse subscribere Bartholomæo Salomonio in 2. 2. tom. 1. q. 61. tr. de dominio quæst. 1. art. 2. concl. 1. corol. 3. Tertiano in 2. 2. tom. 2. disp. 31. num. 21. & Tannero in 2. 2. disp. 4. quæst. 1. d. 2. num. 21. ascendentes in rebus vnico actu consumptibilibus dominium distinguunt etiam ab vsu; & ideo non solum pecunia vnica, sed & vsus comestibilium poteris accipere sine licentia, quin pecces contra Paupertatem. Huc vique Carmuel.

5. Sed eius sententia mihi non placet, nam vt optimè obseruat Eminentissimus Lugo de iussu, & in re, tom. 1. disp. 2. sect. 3. n. 50. Votum paupertatis religiose non solum obligat ex intentione vouentium ad caritatem dominij, vel iuris alicuius ciuilibus, sed etiam ad non habendum vsus facti harum rerum temporalium, nisi ex voluntate Prælati. Alioquin (vt bene notauit Thomas Sanchez dicto lib. 7. cap. 19. n. 5.) & Azor ibi adductus) nunquam Religiosus peccaret contra votum paupertatis accipiendo aliquid ab externis, quia nunquam potest acquirere aliquid ius, sed solum vsus facti, cuius solius est capax; ergo ipse vsus facti potest esse materia sufficiens contra voti m. Ratio verò à priori est, quia votum obligat semper iuxta intentionem vouentis; illi autem, qui in Religione emittunt hoc votum, non solum intendunt abstinere à se omne ius, sed etiam imitari statum pauperum, ita vt careant iis rebus, quibus indigent ad vitam humanam, nec iis vtantur, nisi ex arbitrio Prælati. Ergo.

6. Nec valet dicere quod ex his sequeretur Religiosum inuitatum à sæculari ad prandium obique licentia sui Prælati peccare contra votum paupertatis; nam respondeo quod licet vsus facti etiam sit materia voti paupertatis, adhuc dubitari merito potest, an ille religiosus peccet contra votum paupertatis in eo casu. Tunc enim non tam videtur habere vsus actum quam passiuum, hoc est, solum se habere quasi passiuè, vt in eius persona vtatur cibus, qui cum inuitatur. Et si instabis ergo posset etiam aliquis mittere Religioso illos cibos retinendo sibi dominium, & vsus iuris, & solum volendo quod Religiosus illos consummat nomine mittentis, tanquam si esset in eius prandio. Respondeo negando consequentiam, quia in eo casu, moraliter loquendo, Religiosus conseruetur vt illo cibo ex facultate domini. In primo verò casu moraliter loquendo, vtitur ipse dominus, qui adest, & eodem modo se habet ac si ipse consumeret per suas manus. Religiosus autem videtur se habere passiuè. Cum ergo hæc maximè pendeat ex morali æstimatione, & ex intentione

intentione vouentium quæ ex ipsa praxi, & communi estimatione colligi potest, dici possit, votum obligare in hoc casu, & non in illo. Sic etiam non potest licite accipere aromata vt domi comburat ad suam commoditatem, licet in præsentia domini possit ea ex eius imperio comburere absque licentia sui Prælati. Et hæc omnia docet Eminentiſſ. Cardinalis de Lugo *vbi supra*.

RESOL. XXVII.

An Religiosus peccet contra votum paupertatis & contra Bullam Clem. VIII. si absque superioris licentia accipiat pecuniam, vt ipse libere disponat in elemosinam nomine ipsius, qui dedit? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 29.

§. 1. **C**asus hic frequenter contingit inter Religiosos: & partem affirmatiuam tueritur Turrianus in 2. 2. tom. 1. disp. 84. dub. 3. Rodriguez in exercitiis spirit. part. 3. tract. 3. cap. 15. Valquez apud Turrianum, & nouissimè Hieronymus Cenedo de paupertate relig. dub. 24. num. 11. Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 5. cap. 7. num. 16. Probat hanc sententiam Turrianus: quia donans per talem concessionem, post acceptationem factam à Religioso, aliquo iure priuatur, nec potest illam reuocare, nec licitè de bonis Religioso concessis disponere; hoc ius reuera transit in Religiosum, nempe facultatem libere disponendi de illis bonis: ergo sine consensu Superioris non poterit illa facultate vt Religiosus, sine peccato contra votum paupertatis. Secundo probatur à Cenedo: nam in tali casu Religiosus efficitur dominus iuris administrandi, idque independentè à Superioris voluntate: ergo, &c.

2. sed contrariam sententiam, tanquam probabiliorè tenendam esse iudicauit, & nunc maxime: nam illam inuenio apud Faustum in thes. Relig. lib. 8. quest. 109. num. 2. & apud Sanchez in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 30. num. 4. & ita etiam sentiunt multi Viri docti Religionis nostræ, & Societ. I. E. S. V. Et ratio est: quia votum paupertatis obligat Religiosum, ne accipiat dominium, & proprietatem alicuius rei; in scio Superiore: sed in nostro casu iste Religiosus non accipit dominium illarum pecuniarum, sed tantum accipit illas nomine alieno, nempe, tradentis, vt det pauperibus: ergo, &c.

3. Ad argumentum Turriani respondetur non esse verum donantem non posse reuocare illam concessionem, post acceptationem factam à Religioso: nam dominium illarum pecuniarum semper remansit apud ipsum, nec vnquam habuit animum donandi Religioso; sed meram distributionem illi commisit. Ad argumentum Cenedo respondetur, quod ius administrandi non est dominium, nec vltus fructus, nec vltus; sed ius disponendi de re aliena nomine alieno, & iuxta ipsius præscriptum: ergo propriè non potest dici dominium illius iuris. Et confirmatur, vt ait Sanchez, nam, si quis relinqueret aliquam pecuniarum summam distribuendam in pauperes eligendos, per aliquem Religiosum, certum est, Religiosum illum non esse proprietarium, & dominum iuris illius eligendi: ergo, &c. Adde, quod non quæcunque possessio, & administratio pecuniarum, in scio Superiore, est contra votum paupertatis; sed quando sunt quid iuris; hoc est, quando Religiosus illas administrat nomine proprio independentè à voluntate Superioris, secus a talem, quando sunt quid solius facti, hoc est, quia non nomine proprio, sed alieno administrat. Et ita sæpius in praxi consulti.

RESOL. XXVIII.

An Religiosi post Concilium Tridentinum possint habere peculium, id est, redditus annuos ad nutum superiorum reuocabiles, & ad solos vsus honestos, & pios, idque ex causa legitima?

Et docetur Declarationes Cardinalium esse tantum doctrinales, & non decisimas, & non esse necessario standum illis. Ex part. 1. tractat. 6. Ref. fol. 32.

§. 1. **H**æc quæstio est inter DD. nostri temporis quam maxime agitata: & negatiuam sententiam amplexi sunt Palatius in 4. dist. 38. disput. 1. ad fin. in solut. ad 9. Corduba in summ. quest. 54. Valentia in 2. 2. disput. 1. quest. 4. punct. 3. L. filius lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 30. Nauarra de restit. lib. 3. cap. 1. part. 3. dub. 1. num. 163. Molina de iust. tom. 2. disput. 276. Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 9. quest. 2. & ita assertit Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. Moniales, ver. ad 2. declarasse Sacram Cardinalium Congregationem, & nouissimè illam docent Valquez in Opusc. de reddit. Eccles. cap. 3. dub. 11. numer. 14. & Suarez de Relig. tom. 3. lib. 8. cap. 14. num. 18. Hi omnes putant, Concil. Trident. sess. 25. cap. 2. de Regul. condere nouum ius; ita vt non possit Religiosus, post dictum Concilium, habere peculium. Vnde assertit Palatius, *vbi supra*, non licere Monialibus habere annuos redditus, etiam cum licentia Superiorum. Et ratio est: quia verba Concilij clarè apparent esse verba præceptiua, & non declaratiua iuris antiqui. Secundo, quia, vt *suprà* cum Zerola probauimus, ita Cardinalium Congregatio interpretata est dicta verba Concilij. Ergo.

2. Sed ego contrariam sententiam probabilem, & tutam in praxi existimandam esse iudico. Dico igitur, Concilium Tridentinum in illis Decretis non condere, & inducere nouum ius; sed tantum confirmare statuta, & ius antiquum. cap. Monachi, & c. cum ad Monasterium. de statu Monach. quæ quidem statuta Regularibus interdixebant peculia concessa ad vsus omnes, etiam profanos, & superfluos Monachorum statui, vel si ad vsus licitos, tamen sine iusta causa concedendi, vel irruocabiliter à Superiore: ergo licita erunt, secundum ius antiquum, & secundum Tridentinum, illa peculia Religiosorum, vel Monialium, concessa ad vsus licitos, & honestos, dependent, & reuocabiliter ad voluntatem simplicem Superioris. Et ita apud multos Religiosos, & Moniales obseruari experientia ipsa docet. Et idè hanc sententiam docet Peirinus de Relig. tom. 1. capit. 2. quest. 2. §. 1. & 2. Fagundez de Præcep. tract. 2. lib. 2. cap. 6. num. 13. Villalobos in sum. part. 2. tract. 35. dub. 30. num. 2. Tannerus in 2. 2. disput. 6. quest. 3. dub. 4. num. 108. Fabro de restit. in 4. sent. lib. 4. dist. 15. quest. 2. disput. 45. cap. 5. num. 125. Riccius par. 4. decis. 340. num. 12. Hieronymus Cenedo de paupert. Relig. dub. 9. num. 4. & seq. Nauarrus comment. 2. num. 15. & 18. de Regularib. Graffius in suis decis. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 55. Emanuël Sa verb. Religio, num. 48. Sanchez in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 22. num. 11. Miranda in Manuali Prælat. tom. 1. quest. 28. artic. 8. Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 30. Probatur primò hæc sententia ex verbis huius Bullæ Clem. VIII. vbi Pontif. x. facit differentiam, & distinguit inter Bona Communitalis, & bona particularium Religiosorum: ergo, &c. Secundo, Religiosos habere peculium, vt *suprà* diximus, dependent, videlicet, à Prælato, non est habere dominium illarum rerum: ergo tale peculium non repugnat

Sup. hoc. in tom. 6. tr. 8. lege doctrinam Ref. 49. & alterius §. eius not.

vota

voto paupertatis, Tertio verba Concilij non damnant tale peculium, vt constat apud Sanchez, & Cenedo *vbi supra*: ergo, &c.

Sup. hoc in  
Ref. seq.

3. Ex his patet, non esse damnandam illarum Religionum consuetudinem, in quibus Religiosi habent assignatos certos annuos redditus ad victum, & vestitum, ita vt si deest aliquid, ipsi quarant; si autem superest licentiam habet applicandi honestis vsibus: & hoc cum dependentia, ad nutum, & voluntatem Superiorum; & dummodo tale peculium, & annui redditus sint moderati, & non superflui; sed ad statum Religiosi habentis peculium necessarii. Dixi, *ad statum Religiosi*, &c. quia peculium aliquod potest esse superfluum, vni, & non alteri; quare qualitas personarum, conditionis, loci, & aliarum circumstantiarum ad hanc statum decentiam attendenda erit. Vnde aliquando non erunt condemnandi multi Religiosi, amplissimos redditus possidentes, quia ratione personarum pluribus egent; vt pote, quia Praelatus, quia Magister Ordinis. Secundo, quando Regula esset relaxata, & paupertas eo modo intellecta, & praeualisset consuetudo. Tertio, quando pars illorum reddituum applicatur in bonum ipsius Monasterij, & Religiosorum, seu Monialium pauperum ipsius Conuentus, aut aliorum pauperum; caetera vero in licitos ipsius Religiosi vsus. Quarto, quando Religiosus ille sua industria comparauit Monasterio; & ideo aequum est, vt plura sibi concedantur in elemosynas, & alios honestos vsus, &c.

4. Restat modo respondere ad argumenta in contrarium adducta. Ad primum, de verbis Concilij, videndus est Sanchez, & Cenedo *vbi supra* declarantes, illa verba Concilij prohiberentur peculia superflua, & non licita, & independentia a voluntate Superiorum. Nec valet dicere, (quod erat secundum argumentum,) quod illa verba Concilij in contrarium fuerunt interpretata ab Illustribus Cardinalium Congregatione: nam respondeo, de illa declaratione authenticè non constare. Deinde aliqui DD. asserunt \* declarationes Cardinalium esse tantum doctrinales, & non esse necessarium standum illis. Ita docent Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 9. disp. 2. num. 10.* Petrus Ledesma *in sum. tom. 1. de Sacram. Penit. cap. 33. diff. 1. fol. mibi 285.* Bonacina *tract. de legib. disp. 1. quest. 1. punct. 8. num. 4.* Villalobos *in sum. tract. 2. diff. 7. num. 5.* Ioan. Valerius *in suis differ. vtriusque fori, verb. absolutio, differ. 1. num. 20. ver. nullitas, differ. 5. num. 2. & ver. iurisdictione, diff. 4. num. 2.* cum aliis aduersus Salas *de leg. quest. 97. tract. 14. disp. 21. sect. 12.* Rodriguez *in qq. regul. tom. 1. quest. 11. art. 1. & 2.* Gasiam *de beneficiis, tom. 1. in Praefatione.* Gambartupam *in tract. de cas. refer. cap. 3. num. 6.* Lazarium *tract. de blasphemia, quest. 20. num. 39.* Mirandam *in Man. Præl. tom. 2. quest. 26. art. 11.* Narbonam *de appellatione à Vicario ad Episc. p. 1. n. 189.* Homobonum *in exam. Eccl. part. 1. tr. 1. cap. 6. q. 29.* & alios docentes, supradictas declarationes non esse tantum doctrinales sed etiam decisivas. Sed nos de hoc alibi.

Quæ nunc  
hanc seque-  
tur.

Vide sup. Resol. 19.

### RESOL. XXIX.

An Religiosus de annuis redditibus ex Superioris licentia ad usum suum concessis sine aliqua restrictione, possit libere parce viuendo aliis donare? Ex p. 1. tr. 6. Resol. 19.

Sup. hoc in  
Ref. præteri-  
ta §. Ex his,  
sed lege eam  
per totam.

§. 1. Minime videtur ex textu huius Bullæ, vbi summus Pontifex solum concedit Religiosis largiri munuscula. Et ita tenet Azorius in terminis nostræ Bullæ *par. 1. lib. 1. c. 9. q. 6. Faust. in thes.*

Religion. lib. 8. q. 154. n. 3. & Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 7. c. 19. n. 105.*

2. Sed affirmatiuum sententiam probabilem esse iudico, cum licentia, saltem tacita, sui Superioris. Et ratio est; quia hæc Bulla prohibet tantum largitiones munerum, ex quibus graua incommoda, & mala Monasterijs inferuntur: sed donatio eorum, quæ Religiosi, parcius viuendo, referunt, non avertit multum damni Monasterio, vt patet; ergo, &c. Probatur minor: nam in tali donatione Religiosus nullum damnum inferit Monasterio, sed genio suo, & venturi, & condecencie suæ personæ, cui hæc detrahit, & parce viuendo auferit. Ideo ex hac opinione datur occasio Religiosis, vt liberius frugalitati, & moderato sumptui adhaerant, dum sciunt, ea, quæ de sibi necessariis detrahunt, posse licite parentibus, & aliis de se benemeritis donare, & in aliis licitis operibus expendere. Et ita hanc sententiam in terminis nostræ Bullæ sustinet, & docet Ludouicus Beia *in respons. cas. conf. p. 4. cas. 32.* Hieronym. Cenedo *de pauper. Relig. lib. 3. 2. num. 9. & 15. & dub. 17. num. 9.* Ioan. Valer. *in diff. vtriusque fori, verb. munerum, num. 73.* qui addit aliam rationem: nam, vt diximus *supra*, in ista Constitutione non redditur illicita illa largitio munerum, quæ ante ipsam erat licita: sed largitiones munerum à Religiosis, qui parcius viuerebant, ante hanc constitutionem erant licite; ergo erunt & modo. Ex quibus apparet, me rectè olim consuluisset euidam Religioso, extra Claustrum moranti, cui certi annui redditus, sine vlla restrictione, à suo Superiore assignati fuerant, potuisse sine vilo scrupulo donationes decentes facere, & aliquas elemosynas præbere.

3. Ex his apparet, quod non rectè aliqui hanc sententiam his diebus noluerunt admittere: est enim probabilis, & illam, præter DD. citatos docent etiam multi Viri docti de hac re à me consulti ex Societate I. E. S. V. & ex nostra Religione, nouissime illam etiam docet Peirinus *de Religioso subdito, tom. 1. p. 2. cap. 2. §. 6.*

### RESOL. XXX.

An in hac Bulla prohibeantur donationes, quæ sunt paruis intellectus, vt Conciones, Lektionen, & huiusmodi manuscripta? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 25.

§. 1. Respondeo, posse Religiosos inter se hæc Constitutionis: & ita declarasse ipsum Clem. VIII. notauit Coriolan. *tr. de cas. refer. p. 2. cas. 16. num. 13.* Homobonus *in exam. Eccl. part. 1. tract. 7. cap. 22. q. 100.* vnde Ioan. Valerius *in suis diff. verb. munerum, num. 106.* asseruit quod \* libri manuscripti semper sunt Religiosi, & eos secum potest semper deferre, quocumque vadat, etiam si se transferat in aliam Religionem. Et *verb. Regul. diff. 8. num. 2.* docet hoc esse verum etiam nulla petita licentia, & nullis relictis eorum copiis: & sic se vidisse testatur, quendam Religiosum doctissimum secum detulisse duos libros à se compositos, nulla ad id licentia à suo Praelato petita, qui transiit fecerat ad Religionem Carthusianorum.

### RESOL. XXXI.

An qui transiit ad aliam Religionem, possit secum deferre scripta, vel libros à se compositos? Ex part. 3. tr. 2. Ref. 63.

§. 1. Nega

§. 1. **N**egatiuè respondent Villalobos in summ. tom. 2. tract. 35. diff. 14. num. 5. vbi sic ait: Dize Nauarro, que de licencia presumpcia podria llevar sus escritos de mano, que fuesen inuitiles à la primera Religion, quales parece que son los apuntamientos de los estudiantos, porque en este caso se puede presumir la licencia del Superior. Mas no podra llevar los papeles de importancia sin licencia del Prelado. Sic ille, & post illum Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regul. resol. 123. num. 82. & Faustus in Thes. Rel. g. lib. 5. q. 386. num. 3. Hac opinio est probabilis.

3. Sed contrariam non minus probabilem etiam esse existimo, quam alibi etiam docui & tenet Ioannes Valerius in differ. vtr. fori. ver. Regularis, differ. 8. ubi licet scripta sint omnino correcte per Authorem, & Domus transeuntis velit illa typis mandare, vnde ait Valerius: Vidi quemdam Religiosum doctissimum secum detulisse duos libros à se compositos, nulla ad id licentia à suo Prælo petita, qui Religiosus erat ex Societate Iesv, & transitum fecerat ad nostrum. Ita Valerius.

RESOL. XXXII.

An si Religiosus largiatur munera alteri Religioso, incidat in penas huius Bullæ? Ex part. 1. tract. 6. Refol. 18.

§. 1. **V**idetur respondendum affirmatiuè: quia in hac Constitutione prohibentur largitiones munerum inter ipsos Religiosos: & ita tenet Barthol. à S. Fausto in thes. lib. 8. q. 209. n. 2. & Paulinus Berti in explicat. huius Bullæ p. 1. fol. 414. col. 2.

2. Sed ego puto, quod si aliqua ambitio in Religiosis non præsumitur, largitio munerum inter ipsos non est prohibita. Et colligitur aperte ex verbis Bullæ: *ibi: Ne praua ambitione impulsus.* Vnde Religiosus qui alteri Religioso præbet munera, sine vilo ambitionis intento, non includeretur sub hac prohibitione: nam, vt diximus, hæc prohibitio fundatur in præsumptione ambitionis: vnde, si ea cesset, cellabit etiam prohibitio, saltem in foro conscientie: lex enim fundata in præsumptione, non obligat in conscientia, si præsumptio deficiat. Et ita in terminis nostræ Bullæ resoluit hoc quaesitum Ioan. Valerius in diff. vtriusque fori verb. munera. n. 82. Vide infra Refol. 33.

RESOL. XXXIII.

An si in aliquo speciali casu Religiosus largiendo munera nec dissiparet bona Religionis, nec rale donum illa fuerit ambitionis occasio incidat in penas huius Bullæ?

Et explanatur, quod quando cessat finis adæquatus legis in particulari, cessat obligatio legis. Ex part. 1. tr. 6. Refol. 33.

§. 1. **R**espondeo negatiuè quidquid in contrarium asserat Faustus in thes. Relig. lib. 8. quaest. 209. & Paulinus Berti in explicat. huius Bull. part. 1. 3. part. 2. disp. 15. sect. 3. num. 18. quia finis Constitutionis pontificiæ fuit, tollere occasionem ambitionis, & dilapidationis honorum: sed in nostro casu cessat ratio, & finis legis: ergo lex non obligat.

2. Sed quia codex rarus est ponam per extensum verba Granadi, qui ita asserit: [Licet leges condantur propter bonum commune, adhuc ea obligant

etiam singulos subditos in particulari, & in singulis habent vim eæ rationes, propter quas conduntur. Vnde, quando in aliquo particulari cessant, cessat quoque legum obligatio: vt g. lex non largiendi munita, quam Clemens VIII. edidit, condita fuit propter commune bonum Religionis: sed tamen singulos obligabat, & in singulis habebant vim rationes illius Constitutionis, nempe, ne dissiparetur patrimonium Christi Domini, nec esset occasio ambitionis: quare, si in aliquo speciali casu, nec Religiosus dissiparet patrimonium Christi, nec vlla foret occasio ambitionis, consequenter ceteri deberet lex non obligare.] Ita ille, & ex nostris P. Megala consil. 33. n. 6. Et satis quidem probabiliter: nam, vt \* alibi fuit probatum est, quando cessat finis adæquatus legis in particulari, cessat obligatio legis, vt præter Granado docet noster P. Megala vbi sup. & in 2. lib. 1. cap. 7. quaest. 2. num. 55. Soula in hac Bulla. fund. 5. Henriquez lib. 1. cap. 17. n. 2. in Glossa, lit. O. Nauarrus tom. 4. comment. in rub. de iudiciis, num. 74. & seq. Abbas in c. quia in infulis de regul. Angelus ver. lex. n. 4. cas. 2. S. a. verb. lex, n. 2. & verb. ludus, num. 1. quidquid in contrarium asserant Valquez, Suarez, Sanchez, Molina, Salas, & alij, alibi à me refutati in tract. de legib.

\* A ibi laudat in Resoluc. tionibus, que hic sunt in tom. 6. tr. 1. R. fol. 70. 71. 72. & in multis aliis positus in annot. Ref. 1. huius not.

RESOL. XXXIV.

An Religiosus possit præbere aliquod munus Religioso eiusdem Monasterij?

Et an hoc etiam extendatur, non solum ad Religiosos eiusdem Monasterij, sed etiam ad alios Religiosos eiusdem tamen Religionis?

Et an res comestibiles receptæ cum licentia Prælati possint dispensari in extraneos in magna quantitate, & non obtante, quod sint magni pretij? Ex part. 1. tr. 6. Refol. 39.

§. 1. **N**egatiuè respondet Coriolan de cas. reserv. p. 2. cas. 8. n. 6. si præbeat rem notabilem.

Et si quis scire velit, in qua quantitate hoc fieri liceat, respondeo cum Ledesma in addit. tom. 2. cap. 4. dub. 6. fol. mibi 95. vbi sic asserit: *Si vn Religioso da à su compañero vn Rosario, ò vnos cochillos, ò vnos lienços de narizes, que en dineros valdrian diez, ò doze reales, no tendria escrupulo: que el Religioso los diese à otro Religioso del mismo Conuento. Lo mismo digo de otras cosas parecidas, y semejantes, que no se pueden poner à qui por ser tan menudas; como sean deste precio poco mas, ò poco menos, no ay que tener escrupulo de pecado de propiedad contra el voto de la pobreza.* Ita ille qui non solum hoc extendit ad Religiosos eiusdem Monasterij, sed ad alios Religiosos, eiusdem tamen Religionis. Et hanc sententiam docet Peirinus de Relig. tom. 2. cap. 2. quaest. 2. §. 6. qui etiam notat, res comestibiles receptas cum licentia Prælati, posse dispensari in extraneos, in magna quantitate, & non obtante, quod sint magni pretij: quia in istis semper præsumitur licentia Prælati. Sed an hæc omnia in præsentis Resoluit. posita sint probabilia in praxi, remitto me arbitrio aliorum.

Sup. hoc in Refol. seq. & supra lege doctrinâ §. vlt. Ref. 23.

RESOL. XXXV.

An si Religiosus det alteri Religioso eiusdem Monasterij libros, vel alia magni valoris, peccet contra votum paupertatis? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Ref. 20.

§. 1. Ad



Sup. hoc in  
Ref. præteri-  
ra, & fege  
doctrinā al-  
terius §. eius  
annot.

§. 1. **A**D hoc dubium affirmatiuè respondet Cardinal. de Lugo *de iust. & iur. tom. 1. disp. 3. sect. 8. num. 176.* vbi sic ait: Si Religiosus aliquis dat alteri Religioso eiusdem Conuentus librum valoris quinque aureorum, Manuel Rodriguez, quem affert & Sequitur Sanchez *d. lib. 7. cap. 19. num. 66.* putat non esse mortale, quia cum liber ille manere debeat in eodem Conuentu, non videtur esse grauius inuitus Prælatus; parum enim extrahitur ab vtu communi per illam donationem. Et in vniuersum Pater Suarez *op. 3. de Relig. lib. 8. c. 1 §. n. 6.* obseruat maiorem quantitatem requiri ad culpam grauem quando, aliquis dat aliis Religiosis eiusdem Conuentus, cum res illæ maneat adhuc intra eandem Communitatem, nisi forte fiat distributio ex bonis, quæ adhuc in communi referuata sunt pro tota Communitate. Vnde infert idè Suarez, multum diminui de grauitate huius culpæ, ac per consequens maiorem materiam requiri ad culpam grauem, quando vnus Religiosus tribuit alteri Religioso eiusdem Conuentus vltim rei sibi iam concessæ à Superiore ad eundem, vel similem. vltim. Ita Cardinal. de Lugo.

Sup. hoc supra in fine  
Refol. 14. &  
cum eiusdem  
DD. citatis  
in §. vlt. huius  
Ref. infra  
in Ref. 61. §.  
vlt.

2. Sed negatiuæ sententiæ adheret Caramuel *in reg. D. Bened. disp. 64. n. 96 §.* vbi ita asserit. Religiosus potest dare quæcūque alteri filio eiusdem domus, quin peccet contra paupertatem. Vnde non solum libros cuiuscumque pretij, & vestes quascumque, sed etiam picturam cuiuscumque valoris, licet excederet pretium millium ducatorum posset Monachus dare Confratri. Ratio est manifestissima; quia hic nullum detrimentum fit bonis Monasterij, nam ipsius illæsum dominium conseruatur. Vltus non est contra Monasterium; quid enim huius refert, quòd talis pictura sit in cubiculo Ioannis, aut Pauli? solum hic iniuria fit Prælato, sine cuius licentia dantur munera, cum sit expressum *in Reg. cap. §. 4.* sine Abbatis licentia nulla munera nec à Confratribus accipiendæ esse, atque ideo qui talem picturam aut aliam rem summæ valoris dedit contra Prælati præceptum Obedientiæ, peccabit sanè mortaliter, sed non contra Paupertatem. Qui in talibus rebus contra Abbatis præceptum Obedientiæ non operatur peccat contra Regulam in foro exteriori, in quo est puniendus; & poena corporalis sufficit ad conseruationem disciplinæ. Ita Caramuel, qui citat Llamas, & Fagundes, quibus adde nouissime Machadum *de perf. Conf. tom. 2. lib. 5. par. 2. tr. 1. docum. 8. n. 7.* qui adheret sententiæ Caramuellis me citato.

### RESOL. XXXI.

*An quando Religiosi inter se largiuntur munera de rebus minimis, necessarium sit habere licentiam expressam, & in scriptis suorum Superiorum?* Ex p. 1. tr. 6. Ref. 20.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Betti *in expos. huius Bullæ p. 2. caf. 3. fol. 417. col. 2. in fin.* & ex parte Barthol. à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 8. q. 219. n. 5.* Et ratio est: quia ita asserunt verba Bullæ.

2. Sed mihi probabilis videtur contraria sententia, quæ asserit, dictam approbationem intelligendam esse in ordine ad Religiosos, de quibus aliqua ambitio timeri potest: secus autem de Religiosis, in quibus prædicta ambitio non timetur. Et in his non est necessaria licentia Superioris expressa, & in scriptis: sed sufficit licentia tacita, & multò magis verbalis, saltem in foro conscientiæ. Et idè Bartholomæus à S. Fausto, *vbi supra*, idem sentit de licentia in scriptis: putat enim, hanc esse necessariam tantum in ordine ad forum externum. Et absolute hanc opinionem

docuit Ioan. Valerus *in diff. vtriusque fori, verb. monera, num. 83.*

### RESOL. XXXVII.

*An dictam licentiam habere debeat Religiosus super, quoties vult donare?* Ex part. 1. tr. 6. Refol. 21.

§. 1. **I**acobus de Graffis *de cas. reseru. lib. 3. cap. 47. §. 8.* affirmatiuam tenet sententiam.

2. Sed Bartholomæus à S. Fausto, *vbi supra*, p. 212. & Ioan. Valerus *num. 86.* negatiuam sententiam amplexi sunt: asserunt enim, sufficere licentiam obtentam semel pro semper: & quidem durum esset requiri specialem licentiam in quacunque largitione: sufficit igitur generalis. Et ratio est: quia à iure communi non est recedendum, nisi quatenus ius nouum cogit: sed de iure antiquo sufficere licentia generalis in scriptis. Et ita etiam præter Doctores citatos, aduersus Graffium tenet hanc sententiam Paulinus Betti *in expos. huius Bullæ, part. 2. dub. 1. fol. 417. col. 2. circa finem.*

### RESOL. XXXVIII.

*An Religiosus, seu Monialis cum licentia tacita peccet mortaliter alienando, vel recipiendo aliquid clandestine; sciens illum modum clandestinum Superiori displiciturum?*

*Et supponitur, ut Religiosus det, vel accipiat aliquid sine voti paupertatis fractione sufficere tacitam, vel probabiliter præsumptam Superioris voluntatem in eo casu, in quo posset expressa licentia postulari, & ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, aut nonnullam difficultatem aduendi Superiorem munitur.*

*Et an peccet mortaliter Monialis, quæ Abbatissæ instanti cubiculum aliquas res occultauit ob reuerentiam?* Ex p. 1. tr. 6. Ref. 31.

§. 1. **S**uppono, ex communi sententia, ut Religiosus det, vel accipiat aliquid sine voti paupertatis fractione, sufficere tacitam, vel probabiliter præsumptam Superioris voluntatem, etiam in eo casu, in quo posset expressa licentia postulari, & ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, aut nonnullam difficultatem aduendi Superiorem, omittitur. Hanc sententiam docet D. Thomas 2. 2. *quest. 32. ar. 8. ad 1. Valentia tom. 3. disp. 10. quest. 4. punct. 3.* Lessius *de iust. lib. 2. cap. 41. dub. 9. n. 8.* Azorius p. 1. *lib. 12. ar. 1. quest. 2. 3.* & 4. Molina *de iust. tom. 2. disp. 276. §. 1. Eleemosyna, n. 12.* Ledesma *in sum. tom. 1. tr. 4. c. 3. art. 31.* Banez & Aragon *in 2. 2. q. 32. ar. 8.* cum aliis eundem munitur.

2. Hac veritate supposita, respondeo, in casu proposito Religiosum non peccare mortaliter: quia licentia tacita excusat Religiosum à transgressione voti paupertatis, quando rem aliquam accipit, vel alienat, in scio Superiore; credens tamen, quòd Superioris licentiam sic alienandi, vel recipiendi daret: quatenus displiceret illi talis alienandi, & accipiendi modus. Potest igitur esse Superior inuitus, ut ita dicam, quoad substantiam dandi, vel alienandi; & potest esse inuitus quoad modum: si est inuitus quoad substantiam rei, Religiosus peccat alienando, vel recipiendo; non autem si est inuitus quoad

modum, Et ita docet Tannerus in 2. 2. disp. 6. q. 3. dub. 4. n. 165. Fagundez de Præcep. tract. 2. lib. 8. c. 6. n. 3. Menoza q. 8. concl. 8. Graffius de off. par. 1. lib. 3. c. 5. n. 34. Nauarrus comm. 2. nu. 20. de regul. Cenedo de paupert. relig. dub. 18. num. 14. Miranda in Man. Prælat. tom. 1. q. 28. art. 16. concl. 2. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 8. c. 11. n. 11. & alij.

3. Hinc possunt Moniales, & Religiosi retinere munera, quæ cum licentia tacita Abbatis, vel Prælati receperunt, etiam si modus accipiendi clandestinus illis displiceret: unde apparet, quandam monialem non fregisse votum paupertatis, quæ abscondit aliquas res Abbatisse visitanti cubicula; non, quia puberat illis spoliari; sed propter verendum, & consensionem, & quia Abbatisse displicebat modus accipiendi. Ita Peirinus de Relig. tom. 1. c. 2. q. 2. §. 4. Menoza q. 8. post concl. 4. Rodriguez q. 9. regul. tom. 3. quæst. 19. art. 5. concl. 5. Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 126. n. 3. Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 61. & alij. Ex hac doctrina tolerant Confessarii multos scrupulos à conscientis Religiosorum, & Monialium.

4. Sed circa præsentem quæstionem nota primò, ut possit Religiosus licitè operari cum dicta licentia tacita Superioris, non opus esse, ut de tali licentia habeat certitudinem moralem, ut volunt Molina, & Ledesma ubi sup. sed sufficit habere probabilem cognitionem, quæ ex iusta credendi causa procedit: sedus autem, si sit improbabilis, & temeraria. Et ita docet, cum alijs, Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 13.

5. Nota secundò, tunc Religiosum, seu Monialem posse conijcere probabiliter, talem licentiam tacitam; primò, quando Superior est vir dulcis, & non rigidus, & nimis difficilis sed proclivis ad condescendum subditis. Secundò, quando subditus est Superiori valdè dilectus, & non exosus, & nullius auctoritatis, sed est vir grauis, & optimis moribus exornatus, ac de Religione benemeritus. Tertio, si res, quæ accipiuntur, vel donantur, sint leuiores. Quarto, ex facto ipso, ut si, v. g. talis dispensatio, seu licentia, in commodum Monasterij cedat. Et sic notauit Homobonus de Bonis in exam. Eccles. p. 1. tract. 7. c. 2. q. 230. Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 162.

RESOL. XXXIX.

An licentia presumpsa liberet Regulares à vitio paupertatis etiam si superiorem adire facile possint vel differri?

Et inferitur, quod quoties ob presumptiuam voluntatem Domini possimus colligere illum non esse inuitum; aut esse tantum inuitum quoad modum, quia daret, si peteretur aliquid ab eo, aut non agrè ferret, censendi non sicut peccare fures, ut in uxore, filio, seruo, famulo, & amicis, ino.

Et an Religiosi peccent mortaliter si furentur ex bonis Conuentus octo, vel nouem Reales? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. §. 8.

1. Negatiuè respondet Croufers in Regulam S. Francisci, cap. 7. lect. 14. fol. 613. vbi sic asserit. Circa prædicta de voluntate presumpsa, nota non censeri adesse voluntatem talem; siue malè presumi, quando res facile differri potest, vel Superior adiri.

2. Dices, si peterem à Superiore consentiret, ergo possum presumere, nec expressam veniam teneor procurare. Respondeo id fieri non posse: quia hæc ratione euetteretur omnis obedientia regularis; unde sicut non ex eo res aliqua fit tua, quia dominus eius

eam tibi probabiliter daturus esset, si eam peteres: ita nec censetur ad usum tuum concessa, quia eam tibi Superior probabiliter esset concessurus, si peteres, sed teneris petere si possis, non tamen puto fore peccatum mortale, si bona fide inferior sic presumens de Superioris voluntate, aliquid habeat, aut aliquo vtatur, licentia non petita, modo aliunde non sit mortale. Ita ille.

3. Sed opinio affirmatiua aliquibus magis placet, & idè Tamburinus de iure Abbatum, tom. 2. disp. 22. quæst. 8. num. 1. sic ait. Videndum est primò, an sit necessaria licentia expressa, an verò sufficiat tacita, seu presumpsa, vel interpretatiua. In quo dicendum est, quamuis longè melius & securius sit operari in hac materia cum expressa Superioris licentia; sufficere tamen licentiam tacitam, seu probabiliter presumptam, non solum quando commode postulari non potest; nempe quia Superior distat, vel est occupatus & vrget necessitas, vel moralis commoditas accipiendi vel expendendi: quo casu satis est probabiliter credere Superiorem non fuisse denegaturum licentiam, si conueniri possit, ut asserunt Doctores statim citandi, verum etiam in casu, quo posset expressa licentia postulari; sed ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, aut aliquam difficultatem ad eundem Superiorem non postulatur: quia quando rationabiliter presumitur Superiorem id velle, etsi expressus illius consensus non habeatur, tamen non dicitur res fieri absque eius licentia; tum etiam quia tacitum & expressum regulariter æquiparantur. Hæc Tamburinus, & alij penes ipsum, quibus ego libenter adhareo. Et ad confirmationem tuæ doctrinæ, quam asserit Croufers, respondeo negando illam: & idè quotiescunque ob presumptiuam voluntatem Domini possumus colligere illum non esse inuitum, aut esse tantum inuitum, quoad modum: quia daret, si peteretur ab eo, aut non agrè ferret, censendi non sunt peccare mortaliter fures: hæc autem voluntas presumpsiua Domini latenter residet & cernitur in marito respectu vxoris, in patre respectu filiorum, in hero respectu famulorum

Sup. hoc pro  
circa comestibilia tantum; & regulariter loquendo in seruo infra  
amicissimo homine, & familiarissimo respectu amici in rr. 8.  
& familiaris. Et ita docet Fagundez in præcepta De Ref. 45. §.  
calogæ, tom. 2. lib. 7. cap. 2. num. 13. Et probatur hæc Dico ad me-  
opinio ex leg. Inter omnes 47. §. rectè, ff. de furtis Unde & pro  
ibi. Rectè dictum est, qui putauit se Domini volun- vxoribus, &  
tate rem attingere, non esse furem; quid enim dolo filijs fami-  
fecit, qui putat Dominum consensurum fuisse? vbi has ibidem,  
apertè dicitur non esse reum furti illum qui credens sed lege eam  
Dominum rei consensurum rem clam, accepit: quod per totam &  
idem in furto tenet Diuus Antoninus 2. part. tit. 1. eius prima  
cap. 15. initio. Rosella verb. furtum initio, & ibi. not.  
Angelus numer. 7. Syluester ante quæst. 1. num. 1. Ta-  
biena num. 1. Aragonius 2. 2. quæst. 66. art. 3. paulò  
post initium. Sayrus in clauis Regia lib. 9. capite 12.  
num. 2. vers. dicitur inuito: nam similiter furtum, in  
quod quis credit probabiliter dominum consensurum,  
non erit mortale, sed veniale; quia ad summum cen-  
sabitur dominus inuitus quoad modum; non quoad  
rem, ut tenet Armilla verb. furtum, num. 2. Caieta- Sup. hoc  
nus in summa Lat. capite 17. numer. 15. versic. 5. & quoadmodum  
num. 138. Hispana numer. 4. & 139. Sa verb. furtum, in Ref præ-  
num. 3. Graffius 1. part. decisionum, lib. 3. capite 1. num. post mediū  
54. Lessius lib. 2. de inst. cap. 12. dub. 8. num. 49. San- à Vers. Non  
chez lib. 7. de Relig. cap. 19. & num. 13. & ex hoc autem si est  
principio excusantur à mortali, & à transgressione inio Vers.  
voti paupertatis multa furta Religiosorum. eius not.

Non desinam hic obiter etiam adnotare aliquos reprobare opinionem Petri Ledesmae, & Hieronymi de Cenedo, quam ego adduxi in 1. part. tractat. 6. resolu. 36. asserentium Religiosos non peccare mortaliter si furentur ex bonis Conuentus octo vel nouem Reales



eriam Refo-  
lucioses eius  
adnotatio-  
num.

reales; ego nolo hac de re iudicium meum ferre sicut  
& de alia opinione, quam nouissimè docet Ioannes  
V Viggers in 2. 2. *Disti Thoma, de iustit. & iur tra-*  
*ctat. 3. cap. 1. dub. 2. num. 13.* vbi docet, ad nota-  
bilem quantitatem in furto requiri ad minus vnum  
aureum in Religiosis, vbi est ea pecuniarum abun-  
dantia: sicut modo in his, & multis aliis. Ita ille: vi-  
de me ipsum, vbi supra.

## RESOL. XL.

Quenā quantitas requiratur ut ea sine licētia Superioris  
vsurpata à Religioso ad peccatum mortale denegatur.  
Et quenā quantitas requiratur ex comestibilibus. Ex  
p. 1. tr. 6. Ref. 36.

Sup. hoc in  
Ref. prateri-  
ta § vlt. sed  
lege infra §  
vlt. huius  
Ref. & Refo-  
lucioses eius  
daarum no-  
tationum, &  
not. seq. per  
totam.

Et pro con-  
tento à lin.  
9. & vers.  
Quenam  
vero huius  
Ref. in tom.  
3. tr. 7. Ref. 3.  
& cursum in  
alia eius not.

§. 1. **C**ommuniter respondent DD. eam quanti-  
tatem necessariam esse, & sufficere, quæ  
necessaria est, & sufficit in secularibus ad constituen-  
dam materiam peccati mortalis furti. Ita Rebellius  
p. 1. lib. 3. quest. 15. sect. 3. num. 22. Azorius p. 1.  
lib. 12. cap. 12. q. 6. Graffius p. 1. lib. 3. cap. 5. num. 49.  
Bonacina de contract. disp. 1. q. 10. punct. 3. num. 5.  
Molina de iust. tom. 3. tr. 2. disp. 687. num. 2. vbi tes-  
tatur, anno 1594. sic determinatum fuisse in Cong-  
regatione generali Patrum Societatis Iesv. Quæ-  
nam verò quantitas sufficiat in secularibus ad con-  
stituendum furtum; quot sunt capita, tot sunt sen-  
tentiar, vt videre quis potest apud Nauarrum in  
*Manuali. c. 17. num. 3. Cordubam in summ. quest. 109.*  
Salonium, Aragon. & Bañez in 2. 2. q. 66. art. 6.  
Toletum lib. 5. c. 6. num. 3. Medinam in p. 2. q. 88.  
art. 8. Valentiam tom. 3. disp. 5. q. 10. punct. 5.  
Turriana in 2. 2. tom. 2. disp. 33. dub. 2. Couar-  
ruuiam lib. 1. var. c. 3. num. 11. Vegham in summ.  
tom. 1. cap. 139. cas. 2. Syluestrum verb. furtum, q. 2.  
num. 4. Nauarram de restit. lib. 3. c. 1. dub. 3. num. 32.  
Bonacina de contr. disp. 2. q. 8. punct. 1. num. 7. Re-  
ginaldum in praxi, tom. 2. lib. 22. cap. 1. q. 4. n. 19. Me-  
galam in 2. 2. lib. 2. c. 1. q. 3. Graffium p. 1. lib. 2. cap. 97.  
num. 27. Malderum in 2. 2. tract. 4. cap. 1. dub. 3.  
Lestium lib. 2. cap. 12. dub. 6. num. 29. Azorium p. 3.  
lib. 5. c. 13. q. 2. Medinam C. de restit. q. 10. Conradum  
in respons. mor. 1. q. 166. Sayrum in clauiregia, lib. 9.  
c. 12. à n. 9. vsque ad 51. & alios.

2. Sed deueniendo in particulari ad Auctores lo-  
quentes de Religiosis; Mirand. in *Man. Pral. tom. 1.*  
*q. 28. art. 18. concl. 2. lib. 22.* putat, quantitatem notabi-  
lem in furtis Religiosorum determinandam esse in  
particulari pro temporum, locorum, Religiosorum,  
personarum, & aliarum circumstantiarum differentia,  
iudicio, & arbitrio boni viri; Mendoza verò in 8.  
*post. de pauperi. relig. concl. 9. n. 12.* in particulari del-  
cendens docet, quantitatem duorum argenteorum non  
esse sufficientem ad peccatum mortale Ioan. de la  
Cruz de statu relig. lib. 1. c. 3. dub. 5. & Sanch. in  
*summ. tom. 2. lib. 7. c. 10. n. 3. & 6.* putant, mate-  
riam notabilem in furtis Religiosorum esse summam  
quatuor argenteorum Bartholomæus à S. Fausto in  
*thes. Relig. lib. 8. q. 193. n. 23.* asserit; in Monaste-  
riis ditissimis, trium argenteorum summam, quam  
Religiosus, invito Superiore, accipit, aut expendit,  
esse materiam sufficientem ex obitu, ad efficiendum  
peccatum mortale contra votum paupertatis: in  
Monasteriis mediocri censu dotatis duorum argen-  
teorum summam: in Monasteriis pauperculis, vnius  
argentei. Opinio Sanchez videtur mihi probabilior,  
vt notauit Faustus.

3. Sed non grauabor ponere hic opinionem do-  
ctissimi Virorum P. de Ledesma in *addit. ad summ. tom. 2.*  
*c. 4. & Cenedo in tract. de pauperi. Relig. dub. 20. n. 10.*

vbi sic asserit: [Assi como el hijo de familias man-  
do à su padre de sus bienes alguna maior quantidad,  
que la que es graue en otro seglar, no seria mortu-  
o assi tambien el Religioso no seria propietario, ni  
dron, tomando alguna maior quantidad, que la que es  
peccado mortal en otro seglar, y lo mismo se ha de  
deçir, si el Religioso lo tomasse de otro Religioso del  
Comento: y assi es de parecer Ledesma, que si tomase  
se un Religioso de los bienes de un Comento, & de otro  
Religioso particular octo, ò nueue reales, ò valor  
dellos en cosas, que no se consumen con el uso, no seria  
peccado mortal, si le haze sin licencia del Priorado,  
como esto no se multiplicasse, de dos veces adelante  
en el año.] Ita ille, qui etiam addit, cum Ledesma,  
in rebus comestibilibus, quæ sumuntur à commu-  
nitate, vel à particulari Religioso, maiorem quan-  
tatem requiri ad constituendum peccatum mortale.  
Et tandem non reticebo Rodriguez nouissime in  
*summ. tom. 4. cap. 118. num. 27. & 29.* putare, Reli-  
giosum tunc committere furtum, quando accedat ad  
summam duorum aureorum. Sed hæc opinio videtur  
mihi laxa: & an sit probabilis, iudicent Viri docti.  
Scio illam ante docuisse Sotum de iustit. lib. 5. q. 3.  
art. 3. ad 3. quidquid in contrarium asserat Val. Oropio  
de restit. cap. 5. §. 1. dub. 5. num. 30. & tanquam pro-  
babilem illam admittat Aragon. in 2. 2. q. 66. art. 6.  
concl. 3. fol. mihi 386. Sed, an ita fit, vt dicit, iudic-  
ent Viri docti: nam mihi non placet.

## RESOL. XLI.

An Religiosus paulatim modica accipiens, vel expen-  
dens sine licētia Superioris peccet mortaliter, &  
teneatur ad restitutionem.  
Et ex doctrina huius questionis inferuntur aliqua dicta  
circa hoc pertinencia ad furtum in secularibus, foris,  
& ancillis. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 34.

§. 1. **A**ffermatiuam sententiam docent communi-  
ter Doctores, si in eo furto, competente  
materiam grauem, recordetur præcedentium furto-  
rum: licet in aliis paruis furtis non habuerit animum  
ampliùs furandi. Ita Valentia tom. 3. disp. 5. q. 1.  
punct. 5. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 4.  
& 10. Salas in p. 2. tom. 2. q. 88. tract. 13. q. 16.  
sect. 27. Azorius tom. 1. lib. 4. cap. 9. q. 12. Reginaldus  
in praxi, tom. 2. lib. 23. c. 1. q. 4. Rebellius p. 1. lib. 3.  
q. 15. sect. 14. Fillucius tom. 2. tract. 3. c. 10. n. 14.  
Valquez in p. 2. tom. 2. disp. 146. c. 2. n. 5. Sayrus in  
clauiregia, lib. 9. cap. 15. num. 22. Nauarra de restit.  
lib. 3. cap. 1. num. 40. Ledesma in summ. tom. 2. tract. 8.  
cap. 20. Sotus de iust. lib. 5. q. 3. art. 3. Medina in  
part. 2. q. 88. art. 4. part. 2. tom. 1. tract. 2. c. 2. q. 1. n. 4.  
Megala in 2. 2. lib. 2. cap. 1. quest. 3. num. 18. & in  
terminis loquens de Religiosis docet Barthol. à S.  
Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 189. n. 3. & Sanchez in  
summ. tom. 2. lib. 7. c. 21. cum aliis. Et ratio est quia in  
ultimo illo furto, suppositis præcedentibus, incipit esse  
fur; & per consequens talis Religiosus voluntarie de-  
tinet et rem alienam, in notabili quantitate, invito do-  
mino: ergo in eo actu peccat mortaliter. si autem  
retinendi præterita furti habet, & licet illa furti essent  
paruæ materiæ: postea coalescunt in vnum, & effi-  
ciunt materiam grauem.

2. Hæc opinio est tenenda, sed contrarium pro-  
etiam esse probabilem cum Fillucio tom. 2. tract. 3. c.  
10. n. 243. Rodriguez in summ. 4. c. 17. n. 29. Salas  
in p. 2. q. 88. tr. 13. disp. 16. fol. 27. n. 88. & illum docet  
Nauarrus c. 17. n. 140. Toletus lib. 5. c. 1. n. 4. & alij.  
Verum est, quod Nauarrus, & alij, qui docent hanc  
sententiam, putant retentionem illius quantitatæ peccati-  
bilis.

bilis, esse peccatum mortale; & ideo ita furantes, & non restituentes peccare, non ratione acceptationis, sed ratione iniusta retentionis. Sed ego puto, tunc illam quantitatem furatam, esse sub peccato mortali restituendam in sententia Nauarræ, & aliorum, quando extaret, & non fuisset consumpta, & ex illa fur ditior factus fuisset; & ita docet Granado in p. 2. contr. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 5. num. 49. & Lorea in p. 2. tom. 2.

3. Sed, his non obstantibus, dictos non peccare mortaliter, neque ad restitutionem teneri, notauit absolute Emanuel Sà verb. furtum, n. 8. & licet aduersus illum infurgat Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 21. n. 3. qui putat, hanc sententiam nullum tenere, præter Nauarrum lib. 3. conf. in 1. edis. conf. 3. de statu Monach. num. 27. qui postea mutauit sententiam in Man: vt supra dictum est, cap. 17. num. 140. Attamen ego inuenio præter Sà, & Nauarrum, docere etiam hanc opinionem Berardicum in sum. Coron. part. 1. cap. 1. num. 28. in fin. vbi sic asserit: [ Si actus furandi procedunt à voluntate interiticia, hoc est, dum homo furatur illud parum, non intendit furari maius, nec alio tempore, & postea de nouo subuenit alia occasio furandi similiter; tunc, quantumcumque reiteret huiusmodi furta, sic conditionata, semper est veniale, nec tenetur de necessitate salutis restituere illa: quia, sicut multa peccata venialia nunquam possunt facere vnum mortale, quantumcumque simul sumpta; ita huiusmodi parua furta, voluntate interiticia, cum vnum sint, quantumcumque simul sumantur, & in aliqua quantitate notabili considerentur, nunquam faciunt vnum furtum notabile mortale; & consequenter non parient obligationem: quia semper remanent in sua natura hoc est sunt venialia ratione parue quantitatis, siue furtum fiat semper eidem, siue diuersis. Ita ille, & nouissimè hanc sententiam loquens in terminis de Religiosis furantibus res Monasterij, & docet Fernandez in exam. Tocol. mor. par. 1. c. 6. §. 2. n. 12.

4. Sed itando in prima sententia, limitanda tamen videtur pluribus modis; nam alioquin multos serupulos, & molestias Confessariis, & penitentibus iniiceret. Ideò dico primò, tunc supradicta furta minima coalere in vnum, & continuari, si hiant in eodem genere negotij, vel animo diftendi, vt qui furantur modica, vendentes vinum, oleum, aut alia; scùs, si diuerso rerum genere, siue diuersis negotijs diuersisque dolis, nec diftendi animo. Ita Rebellius p. 1. lib. 3. q. 1. §. 5. num. 44. Sed hanc limitationem impugnat Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 21. n. 16. Illam tamen amplectitur Tannerus in 22. disp. 4. q. 6. dub. 9. n. 287. Bonacina de contr. disp. 2. q. 8. punct. 2. n. 3. & ego probabilissimam puto.

5. Dico secundo, dicta furta continuari, & in vnum coalere, quando inter illa non fit magna interpolatio, & interuallum: quod quidem interuallum, secundum Sanchez, vbi supra n. 10. & alios Viros doctos ab ipso consultos, erit spatium vnus anni. Et ratio est: quia tanta interpolatio non videtur, moraliter loquendo, contingere quantitates illas paruas. Sed ego sentio cum Filliucio tom. 2. tr. 3. c. 10. num. 144: magnum interuallum, vt non continuetur moraliter materia vnus furti cum alio, esse mensuram vnum, vel dimidium.

6. Dico tertio, quòd exigitur maior quantitas ad mortale in his furtis minimis; & eò maior, quòd plures sunt domini; nam, quòd in plures damnus diuiditur, eò minus ceteris paribus sunt inuiti. Ita Sanchez num. 17. Rebellius num. 43. Megala in 2. lib. 2. cap. 1. quest. 3. num. 36. & Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 8. n. 46. Et si Confessarius scire cupit, quæ quantitas in his furtis minimis communiter sit notabilis: respon-

Tom. VII.

deo, duplo maiorem, quam in aliis furtis, esse necessariam.

7. Dico quarto, & hæc sit vltima limitatio, supradictam sententiam non habere locum quoad exigua furta esulentorum, quæ committuntur à seruis, & ancillis; ex rebus dominorum suorum; non vt illas vendant, sed vt comedant; sintque ordinaria, quæ non solent accuratè concludi. Ita Megala n. 43. Lessius n. 48. Nauarrus c. 17. n. 138. Reginaldus tom. 2. lib. 23. c. 1. n. 22. Petrus Nauarra de rest. lib. 3. c. 1. p. 5. dub. 6. n. 202. Sayrus in clau. reg. lib. 9. cap. 1. §. n. 17. Bannez in 22. q. 66. art. 6. Caietanus in sum. ver. furtum, not. 1. & alij.

8. Notandum est tamen contra Cordubam in sum. q. 70. & Medinam C. de restit. q. 10. ita furantes non teneri sub peccato mortali ad restitutionem totius quantitatis furatæ, sed tantum ad illam partem, qua restituta, cessat notabilis quantitas ad furtum mortale petita. Sic Aragon in 2. 2. quest. 66. art. 6. Sed si vnus Rebellius part. 1. lib. 3. num. 15. Nauarra de rest. lib. 3. c. 1. p. 10. dub. 8. n. 62. Filliuc. tom. 2. tr. 3. cap. 10. n. 247. & alij

sup. hoc in tr. 8. Ref. 45.

Quoad hoc in rom. 8. tr. 7. Vide doctrinam s. Addit. ad lin. 5. vers. mortale petita. Sic Aragon in 2. 2. quest. 66. art. 6. Sed si vnus restit. Ref. c. 1. p. 10. dub. 8. n. 62. Filliuc. tom. 2. tr. 3. cap. 10. n. 247. & alij

RESOL. XLII.

An Religiosus furans aliquid notabile ad usum fratris particularis, vel alicuius secularis incurrat in casum reservatum in Decreto Clem. VIII? Et aduertitur, quod Superior alicuius Religionis non potest referuare furtum commissum a suo subdito de rebus alterius Religiosi, vel alicuius secularis. Ex p. 1. tr. 6. Ref. 44.

§. 1. Affirmatiuè responder Coriolanus tract. de cas. refer. p. 2. cas. 8. dub. 5. n. 13. quia talis casus intelligitur non solum de rebus Monasterij, aut Conuentus in communi, nempe, de rebus pertinentibus ad Communitatem, tam de mobilibus, quam de immobilibus, tam de his, quæ vt vti quotidiano consumuntur, quam de his, quæ durant: verum etiam de rebus particularibus, ad particularem vsum alicuius Religiosi concessis. Et ita ex Sorbo testatur declarasse ipsummet Clem. VIII.

2. At his non obstantibus, contrariam sententiam docet Petr. de Ledesma in addit. ad sum. tom. 2. c. 4. dub. 12. fol. mibi 118. & Hieronym. de Cenedo tract. de paupert. relig. dub. 19. n. 21. vbi sic asserit: [ El prelado no puede referuar el hurto en materia grande de las cosas, que pertenecen a la celda de otro particular, porque aunque es verdad, que el señorío destas cosas esta en el Monasterio, pero no se llaman cosas del Conuento de rebanamie. ] Sic ille. Itaque, secundum hos Authores, Superior alicuius Religionis non potest referuare furtum commissum a suo subdito de rebus concessis alteri Religioso, vel alicuius secularis. Et ratio est: quia Clem. VIII. concessit tantum Superioribus Religionum reservationem furti de rebus Monasterij, & Conuentus; & ad illam declarationem Pontificis posset quis respondere, de illa non constare authentice: ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. seq. cursum ad vnc. d. 2. vers. segun esto.

RESOL. XLIII.

An saltem Superior in tali casu possit referuare illud furtum, quatenus est peccatum proprietatis? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 45.

§. 1. Ad

§. 1. **A**D istud dubiū respondet Ledesma in addit. ad sum. tom. 2. c. 4. dub. 12. fol. mibi 119. ita asserens, [ *En razon de propiedad ajunta al hurto, podrá muy bien el Prelado reservar el pecado de propiedad, que esta junto al hurto: porque assi determina al Papa en el Breve, que pueda el Prelado reservar el pecado de propiedad, contra el voto de la pobreza en materia graue, sino es que el Pontifice en nombre de pecado de propiedad contra el voto de la pobreza, entienda el gastar, ó dar sin licentia del Prelado, y como señor, lo que seria fuera de proposito: segun esto, no podria el Prelado reservar todo hurto a vn, en razon de propiedad. Porque entonces hauemos de dezir, que se distinguen, y diferencian estas dos maneras de pecados. ] Ita Ledesma. In quibus vltimis verbis videtur admittere, tanquam opinionem probabilem, non posse referuare tale furtum particulare, etiam quatenus est peccatum proprietatis: quia in Decreto Clem. VIII. sub nomine proprietatis intelligitur tantum largitio alicuius rei magni valoris, quam faceret Religiosus, tanquam dominus, & sine licentia Superioris. Hæc secundum mentem supra dicti Authoris.*

Sup. hoc in Ref. practica §. vii. ad lin. 4.

## RESOL. XLIV.

*An Religiosus, qui sine licentia Prælati solet sumere aliqua bona Monasterij pertinentia ad cibum, & potum infringat votum paupertatis?* Ex. p. 1. tr. 6. Ref. 30.

Sup. hoc in Ref. seq. Sed ne deseras legere Ref. & §. eius secundæ not.

§. 1. **H**ic casus tractatur à Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 53 sed magis benigne resoluitur à Suarez de Relig. tom. 3. lib. 8. c. 11. num. 41. vbi sic asserit: [ *De bonis Monasterij vsu consumptibilibus, pertinentibus, scilicet, ad cibum, & potum, si tantum ad proprium vsum actuale, vt sic dicam, & transitorium à Religiosis aliquid sumatur, regulariter non videtur peccatum mortale; nisi damnificatio Religionis esset nimia, & in re extraordinaria; & pretiosiore: extra huiusmodi enim casum res huiusmodi reputantur leuioris conditionis. Et quamuis Prælati hoc duplicat; non tamen ita sunt inuoluntarij, vt illam reputent materiam grauem in ordine ad paupertatem: sed solum in ordine ad decentiam, & professionem Religionis. Accedit, quod Religiosi, quoad vsum huiusmodi rerum, tractantur vt filij: inter parentem autem, & filium non censetur similis actio grauis: secus vero esset, si huiusmodi res in magna quantitate acciperentur, & occultè retentæ, paulatim consumerentur: nam illud esse posset graue peccatum, quamuis ad id discernendum in particulari magna prudentia necessaria sit. ] Ita Suarez. Vide etiam Tannerum in 2. 2. disp. 7. quest. 3. dub. 4. num. 106. vbi sic ait: [ *Nulla etiam Prælati seueritas, eiusmodi acceptiones, quoad substantiam rei acceptæ, iniquas reddere potest, ] Sic ille.**

## RESOL. XLV.

*An Religiosus, si ad proprium vsum accipiat paulatim comestibilia, si perueniant ad quantitatem notabilem, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem?* Ex part. 1. tr. 6. Ref. 35.

Supra in Ref. quæ hic est antecæpens. Quæ hic est supra Ref.

§. 1. **D**E hac re egi supra, & nunc iterum respondeo negatiuè: nam existimo, furta ista minima in tali materia non continuari, vt dictum est in superiori Refol. de famulis, & ancillis. Et ita in terminis docet Bonacina tract. de largit. nu-

ner. disp. 1. punct. 5. num. 7. Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. c. 21. num. 31. Fernandez in exam. theol. mor. punct. 1. c. 6. §. 2. num. 12. in fin. & Gratianus in decis. punct. 1. lib. 3. c. 5. num. 51. Tannerus in 2. 2. disp. 6. quest. 3. dub. 4. num. 106. licet Religiosus animus accipiendi paulatim hæc minima ad proprium vsum haberet: quamuis in hoc Gratianus contrarium sentiat. Sed tu tene cum Sanchez. Ratio est: quia in eo modo sic paulatim hæc accipiendi non est inuitus Superior.

## RESOL. XLVI.

*An Religiosus peccet contra Paupertatem sumendo aliquam rem de loco publico pro vsu temporali, vt deinde in eundem locum restituat?* Ex p. 1. tr. 6. Ref. 40.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Azorius in 1. lib. 12. c. 12. quest. 3. vbi sic ad præfatum dubium respondit: [ *Non mihi videtur esse peccatum violasse, nisi id aliquo fuerit aliunde prohibuit; non enim, ed quod accipit, vt vult, citra omnem profusum sui Superioris voluntatem; sed ad certos tantum dies, animo, & voluntate illud in eundem locum. vnde acceptat, referendi. ] Sic ille. Et nouissimè Villalobos in sum. tom. 2. tract. 3. dub. 29. num. 8. & Fabrus de restit. in 4. sent. disp. 15. quest. 2. disp. 45. cap. 5. num. 114.*

Sed notandum est, hanc sententiam impugnare Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num. 57. & post illam Faustus in thes. Relig. lib. 8. quest. 106. n. 2. Sed vtraque opinio est probabilis.

## RESOL. XLVII.

*An donatio remuneratoria sit prohibita in hoc Bulla ita vt Religiosus, seu Monialis largiendo aliquam donum in remuneracionem contraueniat huic Constitutioni?*  
*Et explanatur, quod donatio inter virum & uxorem est prohibita, & non valet, etiam si sit remuneratoria.* Ex p. 1. tr. 6. Ref. 15.

§. 1. **P**ro parte affirmatiua non desunt rationes: quia Summus Pontifex in hac Bulla prohibet Religiosis largiri dona, ex quacunque causa. Deinde, Pontifex prohibet donationes indirectas; ergo prohibet donationes remuneratorias, quæ sunt donationes indirectæ. Nam, si non prohiberet hæc donationes, minime prouideret de sufficienti remedio in ordine ad bonum commune Monasteriorum, quod quidem prouidere intendebat; quia sub titulo remuneracionis, Prælati, & Religiosi facile bona monasterij, largiendo, notabiliter distraherent: ergo, &c. Secundò probatur hæc sententia: nam donatio inter virum, & uxorem est prohibita, vt patet ex cap. finali, de donat. inter virum, & uxorem. Bartol. in l. quod meo, & ibi Alexander ff. de acquiren. possiff. Anton. Gamma tom. 2. variarum resolut. c. 4. num. 23. & stante hac prohibitione non valet inter ipsos coniuges donatio remuneratoria. Ita Pinellus de fin. bonis matern. lib. 1. part. 3. num. 61. & 62. Mar. tienzo lib. 5. Recopil. tit. 9. l. 3. glos. 6. num. 3. cum aliis.

2. Sed contrariam sententiam profus amplectendam esse iudico. Dico igitur, quod, quando prohibetur donare simpliciter, vel sub conditione, vel sub modo, eo ipso nõ prohibetur donare ob merita quæ præcellerunt

praecesserunt: nam donatio antidotalis, quae dicitur remuneratoria, non est proprie, & strictè donatio, ut aperte colligitur ex l. *Atrilius Regulus ff. de donationibus*. Et ratio est: quoniam, qui donat, gratis omnino, & liberaliter donat: sed remuneratoria donatio fit propter beneficium: quo aliquis bene de nobis meritus est: efficitur ergo hæc donatio de re ex gratitudinis virtute, moralique honestate debita, & hac de causa non debet computari inter simplices donationes. Ita Homobonus in *exam. Eccles. par. 1. tract. 1. cap. 6. quest. 28*. Valerius *vbi sup. ver. donatio, diffi. 2. num. 2*. Ioan de la Cruz in *director. conscient. part. 1. præcep. 7. art. 2. dub. 2*. Azorius *part. 3. lib. 11. c. 1. q. 4. & cap. 2. q. 3*. Molina de *inst. tom. 1. tract. 2. disp. 244. n. 3*: & communiter Iurisperiti, & Theologi: & in terminis nostræ Bullæ ita etiam docuit Hieronymus de Cenedo de *paupertate relig. dub. 27. per 108*. Bartholomæus à S. Fausto in *thes. Relig. lib. 8. q. 227. num. 4*. Riccius in *praxi, tom. 1. & in 3. par. decis. 227. n. 4*. Bonacina de *contract. disp. 3. q. 12. punct. 1. n. 6*. Paulinus Berti in *exposit. huius Bullæ, quest. vltim. cas. 7*. Ioan. Valerius in *differ. vtriusque fori, verb. munera, num. 97*. Rodriguez in *quest. regul. par. 1. q. 27. art. 6*. Scortia in *Constit. Pont. epis. 158. theor. 396*. Peirinus de *Relig. tom. 1. cap. 2. q. 2. §. 6*. & ante omnes Souza in *expos. huius Bullæ §. 1. n. 65. & 66*.

3. Restat modò respondere ad argumenta contraria. Idè ad primum respondeo, Pontificem in hac Bulla prohibere illas donationes indirectas, quæ sunt in præiudicium Monasterij: & tales non sunt donationes remuneratoriæ: sed potius in utilitatem, & beneficium ipsius Monasterij: quia hæc donationes conferuntur propter beneficia, & utilitatem receptam, & incitant benefactores ad magis in posterum beneficiendum. Ex quibus patet, licitas esse munera largitiones, quæ sunt benefactoribus Monasteriorum, & etiam iis, qui sperant aliquando posse benefacere, quia similes largitiones dantur ad lucrum, siue (si ita loquimur) ad usuram, & potius in commodum, quam in damnum Monasteriorum redundant: quod nota quia quotidianum.

4. Ad secundum, exploditur sententia illorum DD. vt rectè probat Sanchez de *matrim. tom. 1. lib. 6. disp. 6. n. 11. & sequent. Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 76. dub. 6*. Cenedo *vbi supra, numer. 18*. & alij, qui communi calculo afferunt, valere donationem inter virum, & uxorem, si donatio remuneratoria sit. Sed quia tales donationes remuneratoriæ à Religiosis factæ possunt esse vitæ merita, & excedere beneficia recepta, quaeritur modò.

RESOL. XLVIII.

An Religiosi, & Moniales possint largiri non solum dona equipollentia meritis, sed etiam ultra? Ex p. 1. tit. 6. Ref. 16.

§. 1. Negatiuè videtur respondendum: nam donatio remuneratoria debet meritis æquipollere, & in eo excessu est donatio simplex. Ita doctissimus Ioan. Petrus Surdus in *suis consiliis lib. 1. cons. 164. num. 33*. & Doctores penes ipsum, & probatur in l. *si sponsus §. circa, ff. de donat. inter vir. & vxor*. Vide etiam Parisium *lib. 3. cons. 90. num. 14*. Chalfaneum *cons. 7. num. 11*. Menochium de *arbitr. iudic. cas. 132. n. 5*. & alios.

2. Sed, quia, vt ait D. Thom. 2. 2. *quest. 106. art. 1*, gratitudinis lex postulat, sepe plus reddi, quam sit acceptum, idè in terminis nostræ Constitutionis puto cum Ioan. Vallero, *vbi sup. num. 97*. Religiosos,

Tome VII.

seu Moniales non solum posse, quantum satis est, ad satisfaciendum muneribus obsequiis, acceptis; sed etiam aliquid ultra, bitrio boni, & cordati viri, donare. Et pro hac sententia Valerius citat Cordubam, & Nauarrum, & illam nouissimè tenent Cenedo, & Sanchez *vbi supra*.

3. Et vt aliquid in particulari ad tollendos scrupulos dicamus, puto donationem remuneratoriam esse contra Constitutionem Clementis, quando excedit valorem meritorum, & beneficiorum: in quarta parte. Vt si, v. g. valeant duodecim, & à Religioso, seu Moniali, donentur sexdecim. Sic tenet Barbosa in l. *que datus 34. num. 60. ff. soluto matrim. & Nauarrus de reddit. quest. 1. num. 91*. & probabilem hanc opinionem vocat Sanchez de *matr. tom. 1. lib. 6. num. 9*. & post illum Hieronymus Cenedo de *paupertate religiosa, dub. 17. n. 13*.

RESOL. XLIX.

An liceat aliquid dare proprio loci Ordinario ex causa benedictionis, vel susceptione habitus Religionis, seu professionis Monialium? Ex p. 1. tit. 6. Ref. 24.

§. 1. Negatiuè videtur respondendum ex verbis Bullæ. Et ita docet, illam explanando, Paulinus Berti p. 2. fol. 416. col. 2. Hieronymus à Sorbo in *compendio privileg. ver. dare, fol. 194*. & alij.

2. Non tamen reticebo, Ioan. Valerium in *suis differ. vtriusque fori, verb. munera, num. 81*. supra dicta verba Bullæ intellexisse de muneribus pecuniariis, ac de aliis donis, tanquam pro pretio prædictorum spiritualium: sed si gratis aliqua dentur in remunerationem, vt probat textus in *cap. 2. placuit. 1. quest. 2*. Ingratitudo enim ad minimum est peccatum veniale, vt probat D. Thomas 2. 2. *quest. 107. art. 3*. Absit tamen credere, Papæ mentem fuisse tollere gratitudinis virtutem, maxime à personis religiosis, eximereque Moniales ab ea obligatione, per quam cuncti tenemur exhibere nos gratos benefactoribus nobis c. *Ecll. iuncta ibi Glos. 12. quest. 2*. Faciunt latè tradita per Nauarrum, circa hanc obligationem gratitudinis, & remunerationis, in *lib. de reatib. eccl. quest. 1. n. 36*. Hæc omnia Valerius.

RESOL. L.

An Moniales cum licentia Abbarissa, seu Prælatæ possint præbere Confessario ultra iustum stipendium assignatum aliquid amplius?

Ex quo inferitur, quod quando famuli seruiunt Monasterio cum magna fidelitate, his etiam ultra salarium iustum potest dari aliquid amplius, quia non est proprie donatio, sed beneficij remuneratio. Ex p. 1. tit. 6. Ref. 17.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, si seruiat cum magna charitate, patientia, assiduitate, &c. Ita in terminis Scortia in *Bull. Pont. epis. 158. theor. 395*. Bartholomæus à S. Fausto in *thes. Relig. lib. 8. quest. 227. num. 7*. vbi sic ait: [Quando famuli pro certo salario inferuiunt Monasterio cum magna fidelitate; his etiam, ultra salarium iustum potest dari aliquid amplius; quia non est proprie donatio, sed beneficij remuneratio.] Sic ille. Et ante hoc etiam docuerat Paulinus Berti in *explicat. huius Bullæ, quest. vlt. cas. 6. fol. 423*. Sed hæc omnia, & similia limita, & intellige nisi præcepto Superioris

Z 3 arcata

Quæ nunc arctata sit in hoc eorum facultas. Vide infra Resol. 22.

## RESOL. LI

*Virum Abbatisse possit concedere licentiam donandi Monialibus, quam potest Prælatus Regularis suis Religiosis?*

*Et an supradicta Abbatisse possit concedere Monialibus licentiam habendi peculium & facultatem conuertendi in proprios usus, quæ propriis operibus acquirunt?* Ex p. 1. tr. 6. Ref. 22.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondendum est. Et ita docet Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 44. Faustus in thes. Relig. lib. 8. quest. 221. & alij. Et ratio est: quia Abbatisse habet liberam administrationem bonorum Monasterij, sicut Abbas, vt docet Panormitanus cap. 2. num. 4. de his, quæ sunt à Prælato. Vnde, secundum aliquos, potest dare licentiam expendendi decem ducatos; nam talem licentiam potest dare Prælatus, vt docet Corduba in sum. quest. 54. dub. vlt. Lopez de contract. lib. 2. c. 40. Nauarr. de restit. lib. 3. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 169. Ioan. de la Cruz de statu Religionis, lib. 1. c. 3. dub. 5. concl. 1.

2. Imò potest Abbatisse concedere Monialibus licentiam habendi peculium, quando potest Superior Religionis illam concedere, & facultatem conuertendi in proprios usus, quæ propriis operibus acquirunt. Doctores, hæc omnia docentes, inuenies apud Sanchez, vbi supra qui benè limitat hanc doctrinam, nisi ex consuetudine, aut Constitutionibus illius Religionis, aut præcepto Superioris Prælati, arctata sit eius facultas. Vide Rodriguez in quest. regul. tom. 1. q. 17. art. vlt.

## RESOL. LII.

*An Religiosi recipientes in Monasterijs aliquem, non occasione transitus, vel deuotionis, sed recreationis causa, incidant in penas huius Constitutionis Clem. VIII? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 14.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Bartholomæus à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. quest. 224. n. 5. Sorbo in compen. priuileg. verb. dare, in explicat. huius Bullæ, & Paulinus Berti etiam in explicat. huius Bullæ, in 10. casibus post. p. 2. principalem. cas. vlt. & nouissimè Bonacina in tract. var. disp. 3. punct. 1. num. 12.

2. Sed tu contrarium tene cum Francisco Sousa in expos. supradictæ Bull. §. 7. n. 91. vbi ita ait: *Nota que de señalar la ley tres causas de venir los seglares à los Conuentos, no se sigue, que si vinieren por otras, no se podra hospedarles: lo vno, porque aquellos casos son exemplos, y en los semejantes corre la misma razon, y lo otro, porque no esta en aquello la fuerza, ni intento de la ley, sino en evitar gastos sumptuosos, y excessiuos, y ordenar se exercite la hospitalidad con moderacion religiosa, y como esto se guarde, poco importa, que el huésped venga al Monasterio por vna de aquellas causas, ó por otra, aunque sea por solo yrse à recrear con los Religiosos. Ita ille. Vnde apparet, quàm benignè, & satis probè, hic Autor explanet in hac Bulla mentem Pontificis contra aliorum rigidas expositiones.*

## RESOL. LIII.

*An Nouitij includantur in hac Bulla sub nomine Religiosorum?*

*Et ex doctrina huius questionis inferatur, quod Nouitij possunt confiteri coram omnibus Confessariis ab Episcopo approbatis, & quod Nouitij non incidant in casus referuatos à Superiore Religiosorum. Ex p. 1. tr. 6. Refol. 17.*

§. 1. **R**espondent & optimè, non comprehenduntur. Faustus vbi sup. q. 206. Filliuc. tom. 2. tr. 34. c. 30. n. 60. Sorbo in comp. priuileg. verb. dare, in expos. huius Bullæ, & alij. Et ratio est: quia Nouitij non dicuntur Religiosi, vt benè notat gloss. in Clem. Relig. verb. Relig. & ibi Abbas n. 1. & Imol. n. 10. Vide etiam Sanchez in sum. tom. 2. lib. 1. c. 5. num. 12.

2. Hinc licet Religiosi non possint confiteri, nisi Confessariis, ab eorum Prælati designatis, & si alibi facerent confessio esset nulla: atamen Nouitij possunt confiteri omnibus Confessariis ab Episcopo approbatis, & Confessio erit valida. Ita aduersus Vecchium in praxi Nouit. disput. 20. dub. 3. n. 3. & Magalam in part. 1. lib. 1. c. 8. n. 20. dicendum est, & ita tenent Molfesius in sum. p. 1. tr. 7. c. 14. n. 31. Rodriq. qq. regular. tom. 1. q. 27. art. 11. Homobonus in exam. Eccles. p. 1. tract. 5. c. 2. q. 13. Henriquez lib. 6. c. 16. n. 3. in Gloss. litt. X. & lib. 7. de Indulg. c. 22. n. 7. in gloss. litt. Z. & V. & alij. Item, Nouitij non incidunt in casus referuatos à Superioribus Religionum, quidquid in contrarium aliqui asserant; E ita possunt absolui absque eorum licentia. Ita Homobonus de bonis de cas. refer. p. 1. cap. 32. Florenus p. 1. c. 2. n. 7. de cas. referuat. Emanuel. Sà verb. casus, n. 8. Naldus in sum. verb. Nouitius n. 7. Gratius in append. lib. 1. c. 7. n. 69. & alij.

## RESOL. LIV.

*Virum Milites D. Iacobi, Alcantare, Calatrane, &c. includantur in hac Bulla, ita vt sit illis interdictum donare? Ex quo deducitur an prædicti Equites sint vere Religiosi, & gaudeant exemptione gabellarum, & etiam nouitij? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 23.*

§. 1. **N**egatiuè respondendum est: nam expressè in Bulla Summus Pontifex illos excludit. Ex quo colligitur, hos Milites esse verè, & proprie Religiosos: quia exceptio firmat regulam in contrarium. Et ita docent plures, & insignes DD. apud Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. c. 16. n. 11. & apud Gattiam de beneficiis, tom. 1. p. 1. c. 4. n. 11. & præter illos nouissimè defendit mordicus hanc sententiam Paulinus Berti in explic. huius Bullæ, p. 2. principalem. Cenedo de pauper. relig. dub. 50. n. 15. Faustus vbi sup. q. 203. & alij, quidquid in contrarium asserant DD. apud Sanchez, vbi supra & præter illos Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. c. 2. dub. 3. concl. 2. Petrus de Ledesma in sum. tom. 2. tract. 10. c. 8. dub. 3. concl. 2. Emanuel Sà verb. Relig. num. 41. Valentia tom. 3. disp. 10. q. 4. punct. 2. Molfesius in sum. tom. 2. tract. 6. c. 2. num. 30. Moneta de conferuat. ludi. c. 10. num. 389. Gratius tom. 1. conf. lib. 3. conf. 11. de Regularibus.

2. Sed tu tene primam sententiam: & sic, me confutente, Illustrissimus Senatus huius Urbis concessit dictis Militibus exemptionem gabellarum, quæ vulgò

vulgò dicitur, lo scasciato : & hoc non solum Professis, sed etiam Nouitiis, vt postea etiam, me consulente, determinauit in casu Dominorum de Gioeni, & Manfrantoni, qui adhuc non emiserant professionem, sed tantum accepterant habitum, & erant Nouitij D. Iacobi. Quòd autem ex verbis huius Bullæ colligatur, hos Milites esse verè Religiosos, tenet Ioan Valerius in differentiis vtriusque fori, verb. muner. numer. 23. Faustus, & Berti, vbi supra. Vnde valdè miror, aliquos his diebus contrarium docuisse.

## RESOL. LV.

An Equites Commendatarij D. Iohannis, D. Iacobi, Alcantara, Calatrana, &c. infumens reddituum bonorum suorum in vsus illicitos peccent contra paupertatem, & recipientes teneantur ad restitutionem?

Idem dicendum est de ceteris bonis acquisitis, donatis, &c. licet in morte non possint de illis absque Superioris licentia testari? Ex part. 2. tr. 15. Misc. 1. Ref. 54.

**A**ffirmatiuè respondet Azorius tom. 1. lib. 13. cap. 4. questio. 10. & ante illum hoc etiam docuerat Molina Iuriconsultus, Nauarrus, Motta, Ayala, & alij apud Sanchez, vbi infra, vide etiam Riccium part. 3. decis. 321. numer. 4. & Suarez de Relig. tom. 3. lib. 8. cap. 16. n. 24.

2. Sed contrariam sententiam amplexus est Pater Franciscus Alcozer in suo tract. de ludo, cap. 36. & quia codex rarus est, ponam per extensum eius verba. [Los Commendadores de San Iuan, de Santiago, de Calatrana, y de Alcantara disponen libremente de sus bienes en vida, y los gozan, y dan, y enagenan, y traspasan en las personas, que quieren, como qualesquier otros seculares libres, disponen de los bienes, que tienen. Esto se entiende de los frutos, y rentas de las encomiendas, que de la orden tienen, mas las heredades, villas, y lugares de las dichas encomiendas no las pueden dar, ny enagenar. Así mismo se entiende, que gozan, y enagenan, como quieren los bienes muebles, y frutos de los bienes, que han adquirido por titulo de herencia, ò donacion, ò otro titulo justo de sus Padres, y deudos, y amigos, y señores, ò officios, ò de otra manera. Esto presupuesto digo, que los, que juegan, y ganan a los tales lo adquieren justamente, y no son obligados à restitution, porque los tales bienes ellos los gozan, y poseen, y disponen dellos, como los seculares libres disponen de los bienes que tienen.] Ita Alcozer. Sed pro maiori elucidatione, & intelligentia; suppono, quòd supradicti Equites, licet voueant paupertatem, vouent tamen illam, prout vsus permissus & toleratus apud eos recipit. Non itaque Religiosorum Claustralium rigidam paupertatem vouent, sed bona sua retinent, amouibilia tamen ad nutum Magni Magistri, & de illis disponunt, licet in morte non possint, absque Superioris licentia testari, & ideo votum eorum de proprio non retinendo, intelligendum est quoad dominium, non autem quoad vsum, distributionem, & vsum fructum. Ita de Equitibus D. Iohannis loquitur Sanchez in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 8. numer. 39. Genuentis in practicab. Eccles. tricenar. 1. quest. 20. numer. 3. Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. quest. 80. numer. 2. Homobon. de bonis in exam. Eccles. par. 1. tract. 7. cap. 12. questio. 58. Graffius tom. 1. lib. 3. conf. 11. numer. 23. Vide etiam Valquez opusc. de redditibus cap. 3. dub. 9. numer. 40. & alios: & licet eorum regula, & forma Professionis aliquid plus præferat,

& ab illis requirere videatur, attamen longæus vsus, & antiquissima consuetudo ita interpretata est dictam eorum Regulam, & Professionem, & hoc cum scientia, & sine contradictione Superiorum. Adde quòd multi eorum, imò ferè omnes, minime professionem emitterent, si sub onere peccati mortalis tenerentur ad aliam strictiorem paupertatem, & vitæ rationem, quam quòd hodie inter illos seruari consuetum est. Cum igitur supradicti Milites bona sua retineant, & de illis libere disponant, infumendo illa in vsus illicitos, peccabunt quidem, non autem contra paupertatem, nec recipientes obligationem restitutionis habebunt: nam probabilis illa est opinio, quæ afferit Religiosos, etiam mendicantes, si licentiam habent de aliquibus bonis disponendi; si illa in vsus illicitos infumant, peccare quidem, sed non contra votum paupertatis, nec ab illis recipientes aliquo restitutionis nexu vinciri.

3. Et ita loquens in casu nostro de Militibus Religiosis docet ex Societate Iesu Pater Salas tract. de ludo, dub. 21. numer. 6. qui citat Angles, Lopez, Medina, & alios; & etiam probabilem vocauit hanc sententiam Ioan de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 1. concl. 2. & Petrus Led. sma in addit. ad 2. part. sue summa, tract. de statibus, cap. 4. diff. 4. vbi asserit, illam docuisse doctissimum, & Religiosissimum Magistrum Gallo, & multos alios Magistros, ex schola D. Thomæ, & ex Societate Iesu tenet etiam hanc sententiam Rebellius part. 2. lib. 12. quest. 4. sect. 7. numer. 6. licet contrariam opinionem probabilior esse puto, quam præter doctores, quos citat Salas vbi supra, numer. 1. tenet Sanchez in sum. tom. 2. lib. 8. cap. 19. numer. 81. & nouissime Fagundez de præcept. Eccles. tract. 1. lib. 7. cap. 6. numer. 15. Cenedo de paupert. Religiosa, dub. 17. numer. 7. & segg. cum Llamas in sum. part. 3. meth. capit. 9. §. 23. & alij.

4. Ex his apparet, meretrices dictorum Equitum, & ludentes cum ipsis, & ipsos quoque Equites, si restitutionem facere noluerint, posse à Confessariis, secundum si prædictam opinionem probabilis sacramentalem abolutionem, sine vilo onere restitutionis; obtinere. Post hæc scripta inueni supradictam opinionem in terminis docere Mich. elem Zanardum in direct. Confess. part. 2. præc. 4. cap. 31. quest. 8. vbi sic asserit: Si Eques (loquitur etiam de Militibus D. Iohannis) redditus commendarum suarum in pessimis vsus expendat, quamuis peccet mortaliter, cum hæc bona sint ei data, vt viuat iuxta statum suum, & non vt ea dilapidet in pessima contra proprium statum; tamen non obligatur ad restitutionem, quia hæc bona sunt ei data, vt de eis faciat, quicquid ei placuerit, vel expedierit, non intendendo eum obligare ex contractu, & vi iustitiæ commutatiuæ, vt si ea in malos vsus consumperit, teneatur ad restitutionem. Hæc Zanardus. Vnde remanet satis probabilis nostra sententia.

5. Scripsi hæc in re tam graui, quasi coactus, & Deus scit, si cum magna & intima cordis tristitia, vt fragilibus conscientis aliquod remedium exhiberem. Nam si contraria sententia in praxi omninò amplectenda esset, vt olim cum Azorio mordicus consulabam, mille laqueis restitutionis pene innumeri tenerentur, & nemo restitueret. Et hanc opinionem, tanquam probabilem, tenent etiam multi viri docti, de hac re à me consulti, tam ex nostra Religione, quam ex Societate Iesu, & inter illos præcipuè P. Franciscus Bardi, vir Scholasticæ, & Moralæ Theologiæ peritissimus.

Sup hoc facta in Ref. 23. §. Nota tertio & infra late in Ref. 58. 59. 60. & 61. §. vit ante me dium, & in tom. 8. tr. 7. Ref. 58. §. Sed ego & Superior in tr. 1. ad me dium §. vit. Ref. 195. &c.

Sup. hoc in Ref. 57. & 58. §. 2. in principio.



## RESOL. LVI.

*An commendatarij D. Iohannis. D. Iacobi, Alcanta-  
ra, Calatrava, &c. possint disponere de redditibus  
Ecclesiasticis ad libitum sicut de bonis patrimo-  
nialibus, sine fractione voti paupertatis? Ex p. 5  
tr. 14. & Misc. 2. Ref. 94.*

Sup. hoc in  
Ref. præter  
ra, & in Ref.  
seq. & supra  
in Ref. 54 at-  
tente lege-  
rius duas  
primas lin.

§. 1. **N**egatiuè respondet Mota in lib. *Instructio-*  
*nis, r* commendatarij tendant ad perfe-  
ctionem, cap. 4. §. 4. num. 10. Nauarr. lib. de reddit.  
quæst. 1. num. 95. & 96. & quæst. 3. num. 30. & 31.  
& Ayala in compend. Ord. milit. quem citat & sequit-  
tur Emanuel Rodríguez in 99. Reg. tom. 2. quæst. 57.  
art. 5. & ex parte Azorius tom. 1. lib. 2. cap. 4. q. 10.  
& ratio est, quia sunt Religiosi, & voto paupertatis  
adstricti, & quia redditus Commendarum sunt reddi-  
tus Ecclesiastici, ergo, &c. Igitur hi Doctores tenent  
hos Equites esse in obligatione expendendi in ope-  
ribus piis totum id, quod superest de congrua sus-  
tentatione.

2. Verùm ego puto de his bonis posse dictos Equi-  
tes disponere, ac si essent sæculares, quia antiquis-  
sima consuetudo ita paupertatem eorum interpretata  
est Superioribus scientibus, & non contradicentibus,  
& redditus Commendarum titulo sæculari his dan-  
tur, nempe titulo militari. Et ita docet Sanchez in  
sum. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 29. & nouissimè Hur-  
tadus de Mendoza in 2.2. tom. 2. disp. 160. sect. 7.  
§. 119. vbi etiam §. 120. loquens de Equitibus D.  
Iohannis, sic ait. Licet Milites S. Iohannis nuncupent  
solemne paupertatis votu, (de quo nunc non disputo)  
adhuc possunt pro suo arbitratu vti Commendis sine  
violatione voti: quia licet in solemnitate sit votum  
perfectum, ac non tam perfectum ex parte obiecti,  
quàm votum Clerici Regularis, aut Monachi, vo-  
uent enim paupertatem iuxta suam regulam, quæ  
paucis in rebus eos obstringit; est enim laxa, quia est  
regula Militum nobilium, quos non expedit illaquea-  
re minutis præceptis, sed nonnullis, & laxioribus,  
quibus obseruetur virtus in militia, eamque ob cau-  
sam illæ Commendæ sunt à Pontifice donatæ Militi-  
bus. Ita Hurtadus, & ego.

## RESOL. LVII.

*An Equites Ierosolymitani, & alij Religiosi Or-  
dinum Militarium valide aliquid exponant  
ludo?*

*Et an sint obnoxij restitutioni lucrantes dictos  
Equites?*

*Et an supradicti Equites peccent contra paupertatem  
exponentes aliquid ludo vel expendentes in  
alios vsus illicitos, nec Superiores, nec consuetudo  
Ordinis possit ad id facultatem validam facere?  
Ex part. 7. tr. 9. Refol. 17.*

Sup. doctrina  
contenta in  
principio  
huius Ref. in  
duabus præ-  
cedentibus  
Ref. & pro  
prima, &  
principali  
diffic. huius  
Ref. signan-  
ter in Ref. 2.  
huius not. §.  
Ex his, & in  
Ref. 1. not.

§. 1. **A**D hoc dubium ita respondet Dicastil. lib. 2.  
trac. 18. dispur. 5. dub. 8. num. 55. Quod  
attinet ad Religiosos Ordinum Militarium. In pri-  
mis de Equitibus nobilibus, iam diximus illos ab-  
solutè esse veros dominos suorum bonorum, & vo-  
tum paupertatis illorum, consuetudine ita esse inter-  
pretandum, vt possint in his ludis bona infumere.  
Non defuere tamen viri graues, & docti ex nostra  
Societate, qui & in communibus conferentiis, & de  
hac re consulti, existimauerint eiusmodi Religiosos  
habentes liberam dispositionem, & administratio-  
nem bonorum, posse ea expendere in vsus conue-

nientes suo statui, scilicet statui Religiosorum nobili-  
um, & heroum; quia hoc modo tantum videretur  
paupertatem non strictè, sicut alij Religiosi. Simul  
tamen existimauerunt prædicti si ea bona expendant in  
vsus illicitos, & indecentes suo statui, videri peccare  
contra paupertatem, quia iuxta dicta eadem ad  
bit. 6. nec superiores, nec consuetudo ordinis potest  
ad id facultatem validam facere. Quæ sententia facta  
probabilis est, eamque tenent non pauci, quos re-  
fert Thom. Sanch. lib. 7. Moral. cap. 8. num. 19. Pro-  
babilius tamen est, quod ibi diximus, tum quia anti-  
tiquissima consuetudo ita paupertatem eorum inter-  
pretata est, neque ad amplius tendendi sunt le vota  
obligare, quàm quod in eorum Ordinibus habent  
consuetudo. Redditi autem commendarum, quom-  
uis alicui videantur bona Ecclesiastica, & absolute  
ita censerentur, ac proinde iuxta opinionem ali-  
quorum, aut peccato mortali subiecta si ludis inde-  
centibus, aliique similibus rebus expendantur, aut  
etiam restitutioni obnoxia, vt multi putant vniuersim  
de bonis Ecclesiasticis; probabilis tamen est titulo  
sæculari, nempe militari, illis concedi redditus Com-  
mendarum. Ita Dicastillus.

Sed circa præsentem quæstionem ne deteras re-  
cognoscere meipsum in part. 2. tractat. 15. refol. 14.  
vbi satis probabiliter firmavi lucrantes à dictis Equi-  
tibus non esse obnoxios restitutioni.

## RESOL. LVIII.

*An Religiosus, qui habet licentiam à Superiore gene-  
ralem expendendi pecuniam, vel donandi aliquid, ut  
hanc expendat in vsus illicitos, peccet contra votum  
paupertatis, & recipientes teneantur ad restitu-  
tionem.*

*Et hoc etiam frequenter potest accidere in Equitibus  
Ierosolymitanis.*

*Et an Superior supremus, vel totus Conuentus non  
possit concedere facultatem illam, vt in vsus illicitos  
expendat Religiosus pecuniam? Ex p. 7. tr. 11. &  
Misc. 2. Ref. 22.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam post Molinam,  
Sanchez, Lessium, & alios tenet nouissimè  
Ioann. Dicastillo de iust. & iur. lib. 2. tr. 2. disp. 6.  
dub. 1. n. 26. quia non est præsumendum Superiorem  
concessisse facultatem in vsus illicitos. Item quia dis-  
pendendum est non posse vllum Superiorem etiam in pre-  
sum, nec totum conuentum concedere facultatem  
illam.

2. Sed quia hæc opinio frequenter potest contingere  
in Equitibus Hierosolymitanis, ego propter diffi-  
cultatem in restituendo olim asserui probabilem esse  
opinionem aliquorum Doctorem asserentium in tali  
casu religiosum non peccare cõtra votum paupertatis,  
nec recipientes ad vllam restitutionem teneri, scio alie-  
quos contra me obmurmurasse, sed immerito, nam  
vissimè me citato tanquam probabilem illam tueri  
præter DD. alibi à me pro hac sententia relatos, no-  
Cardin. Lugo de iust. & iur. tom. 1. disp. 3. sect. 7. dub.  
num. 142. Et reddit rationem; Quia in aliis materiis  
licentia generaliter concessa non intelligitur limitari  
ad solos vsus, vel casus aliunde non turpes, nec illicitos,  
sed in iis etiam aufert malitiam, quam posset habere  
ex defectu talis licentia, quamvis remaneat turpi-  
tudo, & malicia ex alio capite; ergo cum Prælatus  
vniuersaliter concedit licentiam expendendi ad vsus  
solum aliunde non illicitos, sed potius velle aufere  
impedimentum ex parte sua quantum potest.

3. Nec obstant argumenta adducta pro contraria  
sententia.

sententia. Ad primum enim dicimus, licet Prælati non possent in speciali, & determinatè concedere subdito licentiam ad vsum turpem, vel superfluum, quia iam hoc esset cooperari eius peccato: postea tamen in genere, & in vniuersum concedere illi facultatem plenam, cedendo iuri suo in vniuersum, itaq; ex ea parte quilibet vsum non habeat malitiam iniustitiam. Sicut, si is, qui tibi mutuauit pignore accepto, peteret à te licentiam vtendi eo pignore, posses tu licitè illam concedere generalem ad omnes vsus: nam licet in speciali non posses commodare ei rem illam ad vsus turpes, & inhonestos, v. g. ad sollicitandam feminam; potes tamen in vniuersum permittere ei omnes vsus, hoc est cedere iuri tuo, ita vt quilibet vsum non habeat rationem iniustitiam; nec sit inuito domino: & hæc præsumitur esse tua mens, dum aliud non explicas, & de facto non peccabit creditor ille contra iustitiam, si te tua vtatur ad vsus turpes, & illicitos. Similiter ergo superior potest absque peccato cedere iuri suo in vniuersum, & permittere tibi, quantum est ex parte sua omnes vsus talis pecunie, absque eo, quod idèd censetur cooperari positiuè tuo peccato.

4. Ad secundum desumptum ex licentia testandi Episcopo concessa, quæ si id non exprimat, præsumatur semper esse solum ad opera pia; responderi potest; quidquid sit de antecedenti, negando consequentiam. Ratio autem esse potest, quod quando sunt duo impedimenta, in quibus aliquis superior dispensare potest, non censetur in vtroque dispensare, nisi id explicet, quando obligatio vnius non est necessaria ad auferendum alterum; sed potius dispensatio, cum sit odiosa, & contra legem, debet strictè intelligi, quantum satis est ad eius verba verificanda. Cum ergo Episcopus, nec possit testari, nec possit etiam disponere de bonis Ecclesiasticis, nisi ad opera pia, & Pontifex possit in vtroque dispensare ex causa, vt facitur Sanchez lib. 2. consil. cap. 2. dnb. 51. numer. 9. hinc est quod dispensatio solum ad testandum non censetur esse ad disponendum in vsus profanos; quia potest bene verificari dispensatio in vna lege absolute dispensatione in altera; cum possit bene heri testamentum absque eo quod fiat in vsus profanos. At verò Prælati Regularis non potest ipse dispensare cum subdito, vt possit licitè expendere in vsus profanos, vel turpes, sed solum vt possit expendere, auferendo vnicum impedimentum suæ contrariæ voluntatis: non est ergo, cur limitetur eius licentia, cum ad ipsum non spectet auferre aliud impedimentum, nec oppositionem nisi cum vnica lege. Quare videtur potius habere, sicut debitor in casu posito permittens creditori vsum liberum sui pignoris, quia cum non possit ipse reddere creditori licitum vsum pignoris ad res turpes, non censetur limitare licentiam: sed, auferre solum illud vnicum impedimentum, quod ipse potest auferre cedendo iuri suo in ordine ad omnes vsus, ne sit contra iustitiam; sic etiam pater concedens filio facultatem testandi, non censetur eam limitare ad opera pia, vel licita, quia ipse non potest tollere illud aliud impedimentum circa res inhonestas, & idèd censetur ex parte sua auferre totalitè illud vnicum impedimentum, quod poterat auferre; sic ergo se habet Prælati, ad quem non pertinet auferre illud aliud impedimentum circa vsus superfluos, & turpes, & idèd solum auferit impedimentum suæ voluntatis contrariæ, quod ei subest abique vlla profus limitatione: quia æquè se habet ad vtrumque vsum, cum æquè possit ab vtroque auferre malitiam iniustitiam cedendo iuri suo, & quoad hoc nihil magis possit circa vnum, quàm circa alium, quia vterque subest ipsi solum, provt opponitur iustitiam, & ex hoc capite voto paupertatis. Et hæc omnia do-

cet Cardinalis de Lugo, ex quibus, Gra gratis obmurmurantium claudenda erunt. Omnes opinioniones Confessarij scire debent, vt postea secundum prudentiam illis vtantur, & si aliter fieri non potest onera non imponant ferre non valentibus vel nolentibus, quando probabiliter fieri potest.

5. Nota quod post hæc scripta inueni Ioannem Machadam de Perfecto Confess. tom. 2. lib. 5. part. 2. tract. 1. docum. 1. num. 3. nostram sententiam ab Eminentissimo cardinali de Lugo confirmatam, tanquam probabilem admittere.

RESOL. LIX.

An Religiosus, qui ex licentia Superioris libere de aliquibus pecuniis possit disponere, si illas infirmis in ludis prohibitis, vel cum meretricibus, peccet contra votum paupertatis, & accipientes teneantur ad restitutionem?

Et an stando in opinione affirmatiua, dictam pecuniam possit quis restituere eidem Religioso, vel teneatur restituere Monasterio?

Idem dicendum est de ceteris alijs, qui ludere vel alienare non possunt, vt de filiis familias, seruis, & vxoribus. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 98.

